Agitur aniversarius Hainczen Hammans Margrete uxoris et parentum eorum, Item et domini Johannis Dayb plebani in Schonbach, domini Johannis Dayb plebani in Alltenmünster et der alten Fischheinczin, Lienharts Langen, Hansen Schurgers, Frischhansen et uxoris, cuiuslibet et liberorum etc.

20. Aug. Bernhardi doctoris et abbatis.
[Aniversarius Seitzen Sicken Barbare uxoris et omnium puerorum, Jeory Sicken Elizabeth uxoris, Conradj Mennerss Kathrine uxoris et omnium puerorum, Johannis Schlairss Elizabeth uxoris et omnium de parentela etc. anno LXXXXII].

22. Aug. Octava beate virginis. Thimothei et Simphoriani martirum.
Aniv. Conradi Porenhalder*) Elizabeth uxoris et liberorum — ex brato in der nësselaw, quod legatum est ecclesie.

25. Aug. Zachei episcopi.
Aniv. Friderici de Krelshein et Elizabethe uxoris et Hainrici et Gerdrudis parentum Elizabethe, cum v. et m. debet agi, unde dabunt vittrici ecclesie plebano IIII β, socio II β, primissario iI β, capellano iI β, edituo unum antique monete et absentibus nihil datur, et ex feodo dantur quod colit Schwall in Ingershein.

2. Sept. Antonini monachi.
Aniv. Waltheri Sönen Else uxoris et Conradi Sönen — ex feodo in Tieffenpach quod coluit R.

7. Sept. Regine virginis.
Anniv. Conradi de Grunach et Gerhaus uxoris, unde obligavit plebano V β hllr. ex area dicta Erharts schewr, et habuit Gernot.

9. Sept. Gorgony martiris.
Aniv. Margarethe de Turen Hartmanni Fuchs viduae, in proxima ebdomada post

*) Vielleicht Parenhalder.

Nativitatis Marie peragitur cum decem presbiteris, ut ipsa emit a vittricis ecclesie, et cum hoc legavit hortum in Satteldorff, qui dicitur garttenwiss, unde dantur plebano XXIIII d. etc. et ordinare debent consiliarij in Krelsheim cum duabus missis cantatis, unam defunctorum secundam de assumpcione, ego assumpsi primissarium novum et socium novum.

10. Sept. Hylary pape.
Anniv. Hedwigis Kemmerin et Heinrici Schonbrünner patris eius, habetur cum v. et m., legavit I libram halln. supra pratum quod dicitur Kirchenprüel.

12. Sept. Amanti presbiteri.
Anniv. Elze Mülichin uxoris sculteti etc.

15. Sept. Nicomedis martiris.
Aniv. Conradi Kremer*) de Onolczhn. etc.

17. Sept. Lamperti episcopi.
Feria quarta angarie habetur aniv. Conradi Rösler Adelheidis uxoris et Anne et Alhaidis filiarum, pro solucione XXX d. ex prato zwischen Schnelldorff und Ampfrach und haisst die wis zu der müle etc.

18. Sept. Florency episcopi.
Anniv. Johannis Gerbers**) Elzpeth uxoris etc.

25. Sept. Cleope martiris.
Feria tercia ante Michelis habetur anniv. Conradi Regenspurger Elze uxoris Waltheri filij et amborum parentum, pro solucione X β halln. super hortum bej dem kalkofen der des wittstatz was.

26. Sept. Justine virginis.
Aniv. Andree Täben et uxoris et Ulrici Teben***) et uxoris ac liberorum, cum v. et m. def. unde vittrici ecclesie habent tres ℔ monete currentis de feodo Waltheri Horsch de Onolczh. et de feodo dicto Schleir in Alltenmünster etc.

28. Sept. Wenczeslai regis martiris.
Aniv. Adam de Krelsheym et Margarethe sororis cum v. et m. pro solucione IIII β hallr. cum pullo carnisbreviali super horto ante portam superiorem, quem habet Peter Satler.

1. Okt. Germanni et Vedasti.
Feria tercia post Michahelis erit aniv. Hansen Schëffers vom Hagen Agnetis eius uxoris et omnium puerorum etc.

2. Okt. Leodegary episcopi et martiris.
Feria sexta post Michelis aniv. des alten Röslers Anne uxoris et fily eius, Hermanni Seligkman Anne uxoris, hern Hansen Seligman pfarrer zu Gruning, Heincz Selkman Anne uxoris, legati sunt LXVIII d. — ex duobus hortis bej der czieglhütten.

5. Okt. Fausti et Placidi martirum.
[1482. Aniv. des alten Hannss Neüliss Anne uxoris, Conradj Newen Elizabeth uxoris de Walthem, Johannis Neulis Margrethe uxoris et omnium de parentela etc.]

8. Okt. Faustini martiris.
[Aniv. Hennss Baumans Linhart Werlis et Margrethe illorum uxoris et singulorum parentum, Hanns Werlis Margrethe uxoris, Michel Prelochsen Kathrine sororis etc.]

---

*) Über dem ersten e steht ein a.
) Desgl. *) Desgl.

13. Okt. Colomanni martiris de Stockerawb.
Feria quarta ante Burcardi erit anniv. Volkers etc.
15. Okt. Sanctorum Maurorum martirum.
Feria sexta post Burcardi aniv. Ulrici Schurgers Kathrine uxoris et parentum eorum, Petri Hegkpachs Katherine uxoris, Steffani Schürgers Margarethe uxoris etc.
16. Okt. Galli Abbatis.
Anniv. Volkarts von Onolczhn. Margrethe uxoris, Agnetis de Schmalvelden, Wilhelmj de Onolczn̄ Anne uxoris, unde cedunt X β super pratum in Jagksen Haynburg wisen, in der marck Jagshen, gegen Speltagh auf die lincken hant etc.
23. Okt. Severini episcopi.
Aniv. Danielis auri fabri — et similiter haberi debet memoria Margarethe uxoris eius et fratre uxoris nomine Johanne etc.
30. Okt. Euseby martiris.
Feria tercia post omnium sanctorum habetur aniv. Waltheri Regenspurger Agnetis uxoris et liberorum — supra domum Johannis Wurm bej dem Kirchentor in der stat.
31. Okt. Wolfgangi episcopi.
In hac vigilia erit anniv. Johannis Derrers Michelis Weinleins Anne uxoris — aut I tagberk wisen bej dem Kistensee.
3. Nov. Pirminy confessoris.
Aniv. Hainrici Troschler et Elizabeth uxoris, Hainrici seines tochtermannes et Caterine uxoris — pro solucione Viil d. de jugeris agri sitis bej dem helbling steyn hintter dem calkofen ain halben morgen den andern pei der langen wisen I und I iugkart auf dem goltpach.
4. Nov. Proculi episcopi.
Conrads Czebingers iartag — davon hat geben Fridrich Liegkerczhauser partem sue decime zů der awe gross und clayn eynem pfarrer.
8. Nov. Quatuor coronatorum.
Aniv. illa die Anne de Krelsheyn dicte Silberin et Gute Wuntersteinerin (?) filie eius et pro Maien eciam filia eius etc.
9. Nov. Theodori martiris.
Aniv. Heinrici Hofmans et duarum uxorum, de Ingershen etc.
23. Nov. Clementis pape.
Feria sexta ante Katherine erit aniv. Hermanni Ymmelhauser Margarethe uxoris, Heinrici Reutter Kathrine uxoris, Johannis et Else puerorum etc.
3. Dec. Cassiani martiris.
Anniv. constituit Canlin Schneider etc.
9. Dec. Melciadis pape.
Proxima die post Concepcionis habetur aniv. des alten Hangen Agneten uxoris Hainrici Hang: fily Elizabeth uxoris et filiorum ac filiarum etc. [am Rand Ao. 1438.]
17. Dec. Ignacy episcopi.
Aniv. Johannis de Ensslingen etc.
22. Dec. Theodosy martiris.
Aniv. Seifridri (so!) Spreng: et parentum cum v. et m. unde habet plebanus iI β in auro super et habetur memoria sic, Seicz Sprenger Adelheid et Cathrine uxorum et omnium predecessorum, ideo legavit unum pratum in der tischfurt etc.

23. Dec. Victory martiris.
Aniv. Waltheri Unmůt Agnetis uxoris et puerorum, unde pro solucione habet plebanus iiiI β hllr. et unum pullum carnisbrevialem ex balneo bej d. mültürben, die Hans Scherer hat [am Rand 1402].

Auszug aus dem Pfarrbuch von Crailsheim.

Anno domini Millesimo quingentesimo primo Cannale ex cellario omnino fuit putrefactum, ubi ego Steffan Karpff*) de novo aliud posui et in medio orti foramen disposui, ut si quid inmundicie devenerit ad canale circa foramen wlgariter schlund possit cum virga aliqua attingere ambas partes et mundare. Act. ut supra.

Anno domini 1503 Ego Steffan Karpff plebanus ex permissione civium fontem superius circa domum des alten Ressen per cannalia videlicet deüchel posui ad piscinam, quam anno ut supra fodere permisi. In quibus cannalibus sunt certa foramina wlgariter spund ad purganda illa facta: primum in secundo cannali superius circa fontem, secundum per aliquam distanciam eundo quasi in via quo itur de cimiterio ad domum Reichartz, ubi habetur signum in domo Ressen wlgariter in einem rigel des hauss ist ein kerb eingehawen. Der drit spünd ist herab bej dem scheur tor gegen dem kirchoff. Der vierd herab underhalb des steglis so man uff den kirchoff get gleich dem loch von dem kirchof. Der funfft spündt ist gleich der rynnen oder aussgüss an des Creylsshaimerss hauss. Der noch ist einer gleich an dem eck des hauss oder des zaünss. Der letscht am unter deüchel.

Item ortum meum inferiorem domus tenentur sepire vicini mei possidentes ortos contiguos mei orti, quod ego scilicet obtinui ex diffinicione seniorum opidi ad hoc deputatorum. Actum anno dominj etc. LXXXV.

Item vicinus meus Caspar de Crelssheym ex mera invidia cannale ex cacabina sua in atrium meum erexit nullum habens jus, ubi ego Baltassar Barth plebanus ex diffinicione principis Sigismundi, qui personaliter fuit in domo dotis, obtinui, ut ipse hoc deponere deberet Canale, ne tanta inmundicia totam habitacionem meam suo fetore inficeret, quod per eum sic depositum est, quare nunquam aliud erigendi aliquod habebit jus. Actum post omnium sanctorum Anno LXXXVII, qui princeps tunc in domo dotis mecum prandium sumpsit [Zusatz: cuius ego quondam extiti pedagogus].

*) Am Rand: Steffanus Karpff plebanus per obytum venerabilis magistri et domini Balthasar Barths qui obyt 1492 die vero undecim milium virginum.

Bei einer nachträglichen Vergleichung der ersten Auszüge aus dem Pfarrbuch von Crailsheim (Zeitschr. X, 1 S. 37 ff.) mit dem Original habe ich folgende Versehen zu berichtigen gefunden:

S. 37 ist hinter Z. 7 v. o. einzufügen: Item officium misse de sancto Joachim.

S. 37 Z. 15 v. u. Hunerbrunn.

S. 37 Z. 14 v. u. pecuniales.

S. 37 Z. 3 v. u. vber den rydelpach.
S. 38 zum 7. Jan. lies: Act. anno etc. LXXX.
S. 39 Z. 16 v. o. das ausgelassene Wort hinter regni ist vielleicht principaliter zu lesen.
S. 40 Z. 1 v. o. lies Heberlin (mit a über der ersten Silbe).
S. 40 Z. 8 v. o. lies Häberlin.
S. 40 Z. 10 v. o. lies Adelheidis.
S. 40 Z. 12 v. o. lies Birnkorns.
S. 41 Z. 15 v. o. lies laute statt lactte.
S. 42 Z. 17 v. u. lies „21. Aug. Privati episcopi."
S. 42 Z. 12 v. u. tilge C hinter der Jahreszahl.
S. 42 Z. 10 v. u. lies dedicacio.
S. 43 Z. 15 v. u. lies Damiani.
S. 44 Z. 11 v. u. steht Scheching (mit a über dem e).
S. 45 Z. 15 v. o. lies lapidariorum.
S. 45 Z. 24 v. o. lies memoria Seicz Unmut.
S. 45 Z. 12 f. v. u. lies quando perfungitur.
S. 46 Z. 9 v. o. lies personales.
S. 46 Z. 17 v. o. füge hinzu „act. anno 80."
S. 46. In der Notiz zum 2. Dec. ist statt Detfridi zu lesen Seifridi, und das Datum hinzuzufügen: „Actum anno etc. LXX octavo me Johanne Satler plebano presente et alys fidedignis."

W. Crecelius.

3. Recommandations-Brief für einen Scharfrichter 1770.

Mitgetheilt von Hrn. Schauffele, Conservator des Vereins.

Nachdeme Vorzeiger dießes, Johann Georg Bürck, bestellter Nachrichter in deß Heyl. Röm. Reichs Stadt Schwäbisch HALL, sich auf vorhergegangene Requisition an die jenseitige hohe Obrigkeit bey dahiesigem Ober= und Cennt=Amt eingefunden, und die dem pto. Uxoricidii in Verhaft geseßenen Johann Thomas Bauren, geweßenen Cennt=Scharpf=Richters und Waßenmeisters hieselbsten, gnädigst und gerechtest anerkannte Todes=Straffe mit dem Schwerdt zu vollerziehen übernommen, Er Bürck auch diesen Actum Executionis sub hesterno verrichtet und dahero gebetten, Ihme zu seiner Legitimation das erforderliche mitzutheilen, um solches bey seiner Behördte produciren zu können; Als Attestire, Urkunde und Bekenne ICH WILHELM FRIDERICH LANG, Sr. Herzogl. Durchl. zu Württemberg gnädigst bestellter Ober=Amtmann und Cennt=Graff zu Möckmühl, bey meinen aufhabenden Pflichten, daß der Obenbenannte Scharpf=Richter Johann Georg Bürck die gestrigen Tages veranstaltete Execution mit dem Schwerdt dergestalten glücklich vollzogen, daß in einem Augenblick der Kopf deß Maleficanten durch den geführten Schwert=Streich abgehauen, und zu Boden gefallen, worüber Er sich nicht nur bey dißorttiger Obrigkeit, sondern auch bei denen in Quantitate versammlet geweßenen hohen und niedern Standtes=Persohnen einen großen Ruhm erworben, sich selbsten aber die größeste Ehre zu seinem hinkünftigen Fortun hierdurch gemacht, weßwegen man denselben in seinen Verrichtungen als einen activen und beherzten Mann jedermännigl. de meliori recommendiren wollen.

im (gleichfalls linksuferigen) Isenried vor. Und da soll der Rhein Grenze, politische Grenze von Gauen, also Trennungslinie zusammengehöriger Hofcomplexe gewesen sein? So nach Dr. Pupikofer, dem also sogar so späte Zeugnisse noch entgegenstehn. Schon früher, 28. Nov. 1478, als Jak. Mangolt von Constanz nebst denen, vom Hof zu Kriesseren und Erzherzog Sigmund von Oesterreich über die niedere Gerichtsbarkeit der jenseits des Rheines sesshaften Angehörigen des Reichshofes Kriesseren stritten, sprachen sie von diesem Hofe, er sei »jenseits und diesseits des Rheins weitläufig gelegen«: erst ganz neulich habe Oesterreich die bisher von Alters her dem Vogte auf Blatten zustehende niedere Gerichtsbarkeit über die rechtsrheinischen Hofleute streitig gemacht.

10) Aus den hiefür von Dr. Wartmann durchgesehenen Rheinthal'schen Dorfarchiven geht auch hervor, dass bei dem fabulösen (Mond-) Bildstein, den Dr. Pupikofer hoch über dem Rhein, an welchen er nach der Urkunde von 1155 unmittelbar stossen sollte, entdeckt zu haben glaubt — knieförmig hervortretende Felsenterrasse, Bildsteinfels, an der Fähnern — nicht im entferntesten an ein »Bild«, sondern an »Birke« zu denken ist. »Birkenstein«, resp. rheinthalisch gesprochen, »Bilchenstein« (auch »Bilchenschutz«) kommt mehrmals vor.

Zürich. Meyer von Knonau.

Volksglauben.

1 Aus der Instruction für den Totengräber (tumulista, blictor, totengraber).

Crailsheimer Pfarrbuch, Handschrift 15. sec.

Item jurabit, quod maiora et torrida ossa ad carnarium deportet, que magna sunt, sed et humida et parva reiciat in sepulchro cum corpore mortui, nec alicui viro vel mulieri tradat aliquod os mortui, *qui cum eis fiunt multa prestigia*, eciam non communicet se Iudeis nec in opere vel conversacione, quia Iudei multas penas faciunt et . . . . *ossibus Christianorum.*

Item debet relicta ossa post sepulturam fideliter tollere ubicunque eciam illa in cimiterio invenerit, ne desuper calcetur et fedantur, licet hic vix potui obtinere, ut tollantur, et ubi est periculum magnum, quod natura docet, quia si ibi reperitur *os recens vel humidum mulieris puerpere vel que fuerat menstruata, quecunque virgo adulta aut juvencula mulier desuper steterit ymo per modicam horam, raro vel nunquam concipiet, et si menstruo mulieris arboris planta* (?) *tangitur, marcessit et perit.*

2 Aus der Instruction für den Glöckner (campanista).

Item secunda provisio sobrietatis eciam est summe necessaria. Nam debet attendere admutaciones aure et aeris, ut cum videat

nubes graves nigras advenientes vel cum in nocte viderit fulmina aut audit mugire nubes, profecto scit advenire tonitrua fulmina et choruscationes, contra quas licet nolas et campanas et tyntinabula pulsare. Possent eciam *Bombarde* incendi contra aereas illas potestates, *quibus se commiscent demones mali et nocivi.* Sunt enim omnes campane manibus sacerdotum vel episcoporum ad hoc consecrata, ut *vox earum representet conventum populi ad oracionem faciendam et divina ministeria complenda et ad efugandam maliciam demonum de terris aere et aquis.* (Crecelius.)

3 Segen gegen allerlei Krankheiten.

Zu Emmingen gestand 1654 eine alte Frau, dass sie 1) für Harnwinde eines Mannes, ohne Anwendung von Kräutern, Steinen, Holz, noch anderem Material, diesen Spruch probat gefunden habe:

»Unser lieber Herr Jesus Christ und Salomon weiss, die gingen mit einander hinaus in einer glückhaftigen Stund. Da sprach unser lieber Herr Jesus Christ: Salomon weiss, warum ist Dir Dein Mund so bleich? — Sprach zum Herrn Salomon weiss: warum wollte er mir nit bleich sein, die Harnwind thut mir auf den Tod weh. — Da sprach unser lieber Herr Jesus Christ: Tritt hinaus in einer glückhaftigen Stund, so wirst Du wieder gesund.«

2) Wann Einem ein Glied aus einander, hätte sie solches allein mit Griffen wieder eingerichtet, sonst nichts gebraucht als die Namen Gott Vaters, Gott Sohns und heiligen Geists angerufen.

3) Wann Einem etwan ein Blut zwischen Haut und Bein verstockt, sprach sie:

»Das ist ein gute glückhaftige Stund, in dero Jesus Christ geboren ist und ist ein gut glücklich Stund in dero er gestorben ist, und ist das ein gute Stund, in dero er auferstanden ist. Das sind drei gute glückhaftige Stund, dass Du werdest in Deinem Leib wieder gesund.«

Dieser Segen habe ohne Sonstiges stets geholfen. Einem Ross, welches die Harnwind gehabt, habe sie geholfen mit Reibung über den Rücken eines Strohwisches in den drei höchsten Namen.

Der Alten ward unter Androhung des Verlusts ihres halben Hab und Guts verboten, sich dieser Segen ferner zu bedienen. (W. Frank.)

4 Gegen Aberglauben.

Der Capuziner P. F. Anastasius aus Villingen im Schwarzwalde gab Predigten heraus (sieh »Aus Schwaben« I 175 ff.) unter dem Namen »Lac Parvulorum, zusammengezogen aus R. P. Luciani Montif. Capuc. gleichnamigen grössern Werke, Augsburg 1746.

Crailsheimer Schulordnung von 1480 mit deutschen geistlichen Liedern.

De Rectore scolarium videtur mihi expedire, ut infra scripta iuxta posse suum perficiat:

Inprimis ut omnes scolares reddat obedientes et dociles in scienciis literarum et morum sic ut in intrando scolas et ecclesiam non currant cavillando sed semper processionaliter et facete.

Item ut eis pronuncciet Kathonem Facetum et vel alios auctores, ex quibus discant mores, et ut continui maiores scolares sc. Donatiste Reguliste et Casualiste temporalia regimina et construcciones discentes non loquantur tewtunicum nisi in casu querendi quomodo illam locutionem formare debeant in latino, et super hys debet constitui lupus et omni feria sexta pronuncciare puncta cuiuslibet wlgaria et propterea habet illum vel illos rector aut succentor corrigere, cum moderamine tamen et iuxta qualitatem unius cuiusque ingeny, quia unus et alter diversi sunt in docendo et studendo.

Item hoc valde laudabile mihi apparet, quod, si quis scolarium ad medium annum in scolis non proficeret, ex eo quia esset duri ingeny vel ebetis et stolidi, tunc rector debet innotessere parentibus illorum et dicere „plus apparet mihi expetere filio vestro, ut artificium studeat, quia timeo ipsum non proficere, et ne frustra pastum pro eo exponatis et forte si temptaverit se in aliquo artificio, posterius studebit« etc.

Item omnes scolares Donatiste vel supra debent scire Cisioianum, item adjutorium et ministrare ad altaria et respondere sacerdoti. Item diligenter debent afferre vinum et aquam in cantrellis altaris et nominatim(?) pregustare, ut sciant in quo sit vinum et in quo sit aqua. Consimilem respectum habere debent ad lumina an stent directa an arcuata et ne fiat ibi lesio laris(?) ymaginibus et pallis et in libris et circa librorum missalium habere debent attencionem ne ipsi registra et signa deyciant vel extrahant quia magna confusio fit sacerdoti celebranti. Item notandum quod omnes ministrantes, quando porrigunt vinum et aquam, retro secus celebrantem stent et non sibi in faciem adstent, ut fit locio manum, nisi fiat propter oblagia [aut aliam necessitatem].

Item similiter debent studere Benedicite et gracias, ut quocumque perveniant sciant se coaptare ad ministerium mensse sicut [et] altaris. Decorum enim est in quocumque scolare ut sciat omnia necessaria proponere mense, panes prescidere senioribus et sacerdotibus pre alys, similiter sal coclearia cultra flabella salsata et geluchia et que dentur apponi, et posterius dicere gracias cum devotione. Et si ibi sint sacerdotes aut nobiles tunc debet afferre manutergium cum pelvi aque et infusorio et se . . . ose disponere, ex eo crescit in meliorem statum et diligetur, quia servicium est

dignissima potestas [et nullum vicium]. Zusatz: Item necessario habent videre scolares ad altaria in quibus divina celebrantur, quia fuit magnus defectus ministrancium quod per se oportuit eos preparare(?) calicem etc.

Item vigilie mortuorum psalmi lecciones et responsoria debent procincte et attente legi et submissa voce consonanter et non cum dissonancia et cum saltu verborum, quia nec diccio litera vel silba neglecta carebit pena. Similiter officium defunctorum debet cantari submissa voce et in eo debet rector attendere si ibi sint funeralia exequie vel anniversaria et ne fiat inpedimentum in oblagys defunctorum.

In aliis officiis cantandis debet adhiberi modus scilicet in festivis diebus festivaliter in mediocribus ferialiter in jejunio similiter et non cum exaltata voce ut habeatur differencia inter festum profestum et feriam.

In processionibus dominicalibus et festivalibus ac solempnibus debet esse talis ordo. Duo scolares Donatiste puta qui per biennium scolas visitarunt, hy debent des . . . re vexilla, et hos debent sequi pusilli iuxta etatem, ut moris est, et debent habere collaterem regentem scilicet scolarem maiorem illis etate statura et sciencia literarum ut qui sciat illos quos regit eciam in scolis examinare et eis resummere, et idem scolaris debet turmam suam facere ut cum suavitate precedant et debet habere retro se respectum ad turmam mediocrorum scolarium sciencium canere, quos debet locatus eciam extra processionem collateris dirigere, et idem locatus ante se et retro se habere respectum ut non fiat(!) interrupciones et staciones scilicet ut ibi stet tantum una pars et altera alibi et forte tercia eciam in proprio loco, quod valde inconveniens est, licet usque huc modica est advertencia facta; sed forte huius causa fuit, quod vary fuerunt, qui dando asperssorium unus cicius alter longius in dando fuit, similiter eciam in transeundo. Sed si ordo prescriptus servaretur per dyrigentem primum locatum et rectorem, semper esset processio laudabilis et placens deo, ex eo consecuntur omnes in circuitu exeuntes sequentes et transeuntes indulgencias constitutas.

Item sabbatinis noctibus oportet fieri mediocris scilicet non festinando nec longius transiendo et Responsorium scilicet Cognoscimus vel Rogamus debet moderate et submisse cani et non alte, ut devocionem accenderet ad oramen fideliter faciendum. Et in illa processione quam in priori non debent scolares cavillare non simul rixare non nisi humiliter incedere, hoc decet sanctos scolares dei, sunt enim angeli in omnibus illis ministracionibus divinorum preceptorum ecclesie.

Item in processionibus quadragesimalibus precedit añ cantabilis scilicet »Exaudi nos domine quoniam benigna est misericordia tua, secundum magnitudinem miseracionum tuarum respice nos domine.« V. »Salvum me fac deus, quoniam intraverunt aque usque ad animam meam.« Sive »Gloria patri.« Sed resumitur añ tõ. Hanc sequetur

letania, quam canunt sub mediocri voce, eciam posset sub clara voce cani, cum reliquis hic consuetis scilicet añ Media vita in morte etc. Et quamvis clerici plures credunt se esse liberi, ut non vadant in ea, non est verum, sed graviter ymo mortaliter peccant contra statuta ecclesie, quia summi pontifices statuerunt Gregorius Johannes Urbanus et omnes sequentes eos, et laici presentes qui possunt sequi pre senio debilitate gravitate corporis aut membrorum distrasia vel doloris capite vertigine et huiusmodi, sive pusilli aut femelle omnes, qui sunt in statu communionis, peccant mortaliter quia negligunt se de indulgencia magna et copiosa. Item bonum esse, quod rector scolarium scolaribus exponeret antiphonas processionales omnes. Eciam si rector velit apud matronas virgines et puellas similiter ancillas collaudari ymo eciam premium a deo haberi, posset in processionibus extravagantibus, scilicet in letania maiori, que dicitur fieri in festo Marie, et in diebus rogacionum, que fiunt ad diversa loca et ecclesias, postquam cessaverit a cantu latinico et Gregoriano, cantare in wulgari añ Media vita etc.

Mittel vnsers leben czeit
sey wir mit tod vmbfangen.
Wir pitten der vns hilfe geit,
von dem wir trost erlangen,
pist du herr allayne,
dw vmb vnser missetat
rechtlich erczürnen tůst,
heiliger herre got,
heiliger starker got,
heiliger parmherczziger hailant herre got
Behůt vns vor des pittern todes not.

Nota, jn (sic) hec añ cantatur in diocesi Salczburgensi et bene potest aquiri tonus etc. et alie bone consimiles dentur cantari et cum discrecione perfici etc. pro puellarum devotarum et disertorum adolescentulum (sic) informacione; qui certas processionum laudes apud deum et homines una cum indulgenciis promereri cupiunt, possunt celeymata canere letaniaca videlicet

Sancta Maria ste vns bej
so wir sullen sterben.
Mach vns aller sunden frej
vnd lass vns nicht verderben.
R. Vor dem teufel vns bewar,
rayne magt Maria,
hilff vns an der engel schar,
so singen wir alleluia.
R. Alleluia singen wir
got dem herren zu lone,
das er vns in seyner ewickait
mit dem himel krone.
Alleluia alleluia alleluia alleluia.

All propheten die steen vns pei,
so wir sullen etc.
Machen vns aller sunden frej,
lassen vns nicht verderben.
Vor dem teufel vns bewar,
raine magt Maria.
Hilff vns an der engel schar etc. ut supra.

Sic quotquot voluerint venerari sanctos in specie et in genere possunt invocari et est modus in Bavaria superiori.

Aliud gravioris tonus et longioris.

Sandt Michel im hymel thron,
Ave Maria,
der wil vns vil hilffe tün
rayne mait.
Bewar vns vor herczen laid,
rayne mait Maria,
Vnd mach vns den engeln geleich,
Ave Maria,
in dem fronen hymelreich,
rayne mait.
Behut vns vor allem laid,
edle mait Maria.

Sand Johans im himel thron,
Ave Maria,
der wil vns genade tun,
rayne mait.
Bewar vns vor allem laid,
edle magt Maria,
das pewtt ym die gottes stym̄,
Ave Maria,
in seynem lob ker wir von hynn,
rayne mait, ut prius etc.

All zwelfpoten im hymel thron,
Ave Maria,
die wellen vns genaden tun,
rayne mait etc.
das pewtt in die gottes stym̄,
Ave Maria,
in irem lob ker wir von hynn,
rayne mait.
Behut vns vor allem laid,
rayne mait Maria etc.

Hec et consimiles cantulenas bonum eciam esset prius studere scolares et canere, et si duo scolares precinerent donec puellule addiscerent esset laudabylis et meritorius modus.

Item circa alia festa resurreccionis ascenssionis et corporis Christi habentur plures canciones convenientes cum sequencys: videlicet in sequencias »Victime pascali laudes« Crist ist erstanden circa quoslibet duos versus etc. regulariter fit. Vel aliud »Surrexit Christus hodie alleluia alleluia humano pro solamine alleluia« wlgus

Erstanden ist der heilig Crist alleluia
der aller welt ein troster ist alleluia.

V. »Mortem qui passus pridie alleluia miserrimo pro homine alleluia.«

V. Er hat erliten grosse not
fur vns alle den pittern tod alleluia

»Mulieres ad tumulum alleluia deplorantes dominum alleluia.«

Die frawen wainten bej dem grab all.
vnd suchten Ihesum mit salben da all.

»O mulieres tremule alleluia in Gallileam pergite.«

Ir lieben betrubten frawen
mügt Ihesum hie nicht schawen alleluia.

»Discipulis autem dicite all. quod surrexit rex glorie alleluia.«

Saget seinen jungeren all.
vnd Petro besunder all.
das er sei erstanden all.
gen Gallilea gegangen alleluia.

»In hoc pascali gaudio alleluia benedicamus domino all.«

In diser osterlichen frist all.
so loben wir hern Ihesum Christum,
Nvn well wir loben Ihesum Christ all.
dann er vnser erloser ist alleluia.

Tunc chorus resummit »Christus surrexit mala nostra texit et quos hic allexit hos ad celos vexit all.«

Item circa sequenciam de ascensione »Summi triumphum etc.« canitur wlgaris prosa

Crist fuer gen himel
was sendt er vns herwider
das tet er den heiligen geist
zü trost der heilgen cristenhait kirieleyson.

Tunc sequitur festum sancti spiritus, ubi in officio misse vel cum placet canitur brevior sequencia scilicet »Veni sancte spiritus etc.« super quo precinitur populo vel populus canit

Kum heiliger geist, herre got,
erfull vns mit deyner gnaden gepot,
der deynen gelewbigen herczen und syn,
deyn eynprünstige lieb enczund in in,
durch des deynen liechtes glast
in aynikait gesammelt hast
das volk aus aller welte czungen,
sey dir er vnd lob gesungen alleluia alleluia.

Tunc sequitur laudabile festum corporis Christi, in quo canitur

sequencia scilicet illa »Lauda Syon salvatorem etc.«, super qua sequitur ille cantus wlgarys sive popularis

Got sey gelobet vnd gebenedeyet
der vns selber hat gespeyset
mit seynem fleisch mit seynem plůt,
das gib vns lieber herr zů gůt kiriel. kirieleyson.

Quis vero rectorum vellet urbanus vocari et cum hoc indulgencias consequi, scilicet tres annos indulgenciarum de quolibet verssu et tricentos dies et unum integrum annum a Bonifacio et Nycolao apostolicis mortalium peccatorum et octingentos dies venialium, superqua laudabili prosa pro populo wlgare carmen eius tenoris adiungit canendum semper versum leniter incipiendo et alterum alte sicut ibi »Ave vas clemencie, etc.

V. Ave, vivens hostia,
veritas et vita,
per quam sacrificia
cuncta sunt finita,
per te patri gloria
datur infinita,
per te stat ecclesia
iugiter munita.

O got vater, ewigs lieht,
ich rueff dich an mit trewen,
mein hercz mein syn vnd alles mein gemüet
soltu in mir vernewen,
ich pitt dich, werder herre got,
vrsprung aller güete,
stee mir pey in aller not,
trost mein kranks gemüete.

R. Ave, vas clemencie,
scrinium dulcoris,
in quo sunt delicie
celici saporis,
veritas substancie
tota salvatoris,
sacramentum gracie,
pabulum amoris.

Vertreib von mir durch deyn gewalt
des valschen veyndes rête,
das ich yn sünden nicht verallt
vnd cleglich von dir trëte.
In deyner kraft mein kranckhayt sterk,
das ich von dir nicht weiche,
der pose geist mein schuld nit mërk,
noch irr an deynem reiche.

V. Ave, manna celicum,
verius legali
datum in viaticum
misero mortali,
medicamen misticum
morbo spiritali,
vere dans katholicam
vitam in mortali.

O reicher pruñ der selickait,
dw schepfer aller dinge,
hilf zü der ewigen sicherhait,
das vns dört gelinge,
durch deynen sun verlass vns nicht,
hilff vns zů allen stunden,
enczund in vns dein göttlich lieht,
so werden wir bey dir funden.

R. alt. Ave, corpus domini,
munus et finale,
corpus junctum nvmini,
nobile wcale,
quod reliquit homini,
in memoriale,
cum finali termino,
mundo dixit vale.

O Ihesu warer gottes sun,
aus got on zeit geporen,
dw hast mit vns dein genad getan,
sunst wër wir alle verloren.
O vnsers herczen höchster hört,
dw weishait gots auf erden,
dw pist des vaters ewigs wort,
der junckfrawen sun der werden.

3 V. Ave, plenum gaudium,
vita beatorum,
pauperum solacium,
honor miserorum,
grande privilegium
es tu viatorum,
quorum sacrificium
est merces celorum.

Dein trew vnd lieb hast vns erczaigt
in allen vnseren nöten,
dw hast dich selbs zů vns genaygt
vnd liesst dich für vns töten,

erfull deynen willen, herr, yn mir
vnd laitt mich zů dem pëssten,
das ich nicht süntlich weich von dir,
tue mich jn dich vervëssten.

R. Ave, virtus forcium,
obvians ruine,
turris et presidium
plebis peregrine,
tu insultus hostium
frangere non sine,
ne vis malignancium
pre eat divine.

Deyn not, deyn leyden den pitteren tod,
die du hast erlitten,
die tail mit mir, mein herr mein got,
fůg mich zů gůten syten,
gib mir an dem end, herr Ihesu Crift,
deinen leichnam hie enpfahen,
vergib mein sünd zu der selben frist
das ich dir werde nahend.

4. Hic Ihesus veraciter
duplex est natura,
nec est parcialiter
nec solum figura,
sed essencialiter
caro Christi pura,
latet integraliter
parva sub clausura.

O. warer trost, heiliger geist,
mein kraft in dir vernewe,
verleich das ich allhye vollaist
dir selige werck vnd trewe,
dein lieb erzaig mir, wirdigs gůt,
das ich dein gnad müg vinden,
erleucht mein hercz, sterck meynen můt,
schreyb mich zů deinen kynden.

Celo visibiliter
caro Christi sita,
forma panis aliter
latet hic vestita,
solus novit qualiter,
hanc qui ponit ita,
potest hoc faciliter
virtus infinita.

Trost vnd freud vind ich yn dir,
yn deynem pitteren leyden,
gib mir zu tugent gancz begir,
das ich die sünd tüe meyden,
dw werder trost yn aller not,
dw gab des hochsten herren,
dw gottes lieb, dw warer got,
deyn pot soltu vns leren.

V. Sumptum non consummitur
corpus salvatoris,
idem totum summitur
omnibus in horis,
forma panis frangitur
dente commestoris,
virtus eius summitur
morsibus amoris.

O höchster maister, weyser rat,
o aller künst eyn lerer,
an güten werken pin ich mat,
hilff alles hayls eyn mërer,
das ich mich zu dir bekër,
aller welt ein tröster,
vnd dich schaw in hymels hër,
mein got mein herr mein löser.

R. Cristus nichil patitur
huius lesionis,
forma panis solvitur
vi digestionis;
tunc si Cristus queritur
est in celi thronis,
sic wlt et hinc tollitur
datis vite donis.

Zeuch mich zu warer sicherhait,
laytt mich nach deynem willen,
es sey durch lieb es sey durch layd,
meyn wild synn soltu stillen.
O Maria rayne mait,
du prawt des höchsten herren,
dich preyst got in ewickait
yn kayserlichen eren.

V. 6. Hoc ardoris calculo
veni nos ignire,
hoc amoris stimulo
frange motus ire,

et eodem ferculo,
quo vis nos nutrire,
velis cordis vinculo
fortiter vincire.

Du hast geporen des höchsten kind
mit raynem keuschen leybe,
hilf das ich gottes hulde vind
vnd stët dar inn beleibe.
O helfferin in aller not,
dw trost betrübter herczen,
hilf mir zů dir nach meynem tod,
frey mich vor helle schmerczen.

R. Moris est amancium
invicem sitire,
ut archana cordium
possint introire,
sic wlt rex regnancium
caritatis mire
cibando fidelium
intima subire.

Ich mensch gots gnad verloren het,
die hast du wider funden,
mein leben gar in sünden stet,
hilff mir zů allen stunden,
dw kayserin des hymels thron,
dw küngin aller eren,
hilff mir erlangen ewigen lon,
pring mich zu got meynem hërren.

V. O Ihesu dulcissime,
cibus salutaris,
qui sic nobis intime
tribuere dignaris,
mala nostra deprime
fletibus amaris
et affectus imprime
quibus delectaris.

Erczaig mir, fraw, an meynem end,
dein můterliche trewe,
raich mir dein barmherczig hend,
das ich verschaid mit rëwe
vnd das ich deynen lieben sun
im hymel müg anschawen,
daselb dw im nachvolgen pist
mit allen raynen junckfrawen.

R. Ihesu, vivens hostia,
placa maiestatem,
sacramenti gracia
confer sanitatem,
compari substancia
da eternitatem,
domini memoria
fove caritatem.

All gottes heilgen im hymelreich,
got hat euch schon enpfangen,
ir seit erhoht gar wunnicleich,
alles laid habt ir fürgangen:
secht vns an im iamertal,
darinn wir seyn verlassen,
bewart vns vor der helle val,
laitt vns aufs himel strassen.

V. Vanitatem spernere
fac nos, consolator,
hostes dona vincere,
Criste propugnator,
et quod doces credere,
Ihesu reparator,
per te tandem cernere
da, remunerator.

Ir purger clar der werden stat,
ir ritter gotz auf erden,
ir seit dört in dem hochsten rat,
möcht ich mitpurger werden:
ir engel gotz, ir werden geist,
seit gůt zů got mein poten,
ir patriarchen aller maist,
propheten vnd zwelfboten.

Tunc resumitur V. »O Ihesu dulcissime«

Ir mertrer stark, ir peichtiger,
ir bischof rain des heren,
ir junckfrawen keusch mit stetikait,
mein selickait tůt meren:
ir gottes heilgen all gemayn,
verlasst vns nicht im leben,
das vns mit euch das ewig lieht
in freuden werd gegeben. Amen.

»Ihesu vivens hostia« potest resummi, sed sufficit etc.

Item in mattutinis tenebrarum, videlicet ante diem pasce, nullus scolaris debet secum habere bacculum magnum vel malleum sive asciam magnam .i. schlegel, sed tantum parvum bacillum, cum quo

moderate percutiat; ymo debet quilibet scolaris adtendere ne longius percutiat quam rector compleat añ »domine miserere« etc. vel super »benedictus annus«; eciam non debent suis percussionibus frangere sedes vel pulpita, sed solum ante altaria circa scabella, et super hoc debet constituere lupum veracem etc.

Item quando eis dabitur licencia vel non intrant scolas, debent ubicumque conveniant et specialiter in cimiterio et in ecclesia esse tacidi et morigerati, sive pusilli sive magni, et non facere clamores nec lapidibus iacere, sed ludere sagittando cum nucleis et globulis vel rachetis .i. kotlen, quia cum troco ludere et lapidibus incautum est; ymo nec scolares debent commisceri masculis laycorum scilicet artificum, sed debent gaudere suo proprio jure cymiteriorum et scole, quia scolares habent privilegium ecclesie et clericorun et sunt sub potestate plebani et rectoris tantum, quos semper debent timere et honorare et omnes sacerdotes consiliarios nobiles et sibi seniores.

Insuper non debent recipere vexilla et cereos, quibus ego vidi eos dimicare et simul se percuttere et alia recipere de altarijs et ymaginibus, quia propterea incurrunt crimen sacrilegij. Semper enim debent habere silencium confabulando et hoc in latino et non wlgarizare et super hoc diligenter adtendant rector locatus et lupus diligenter. Item et dum sunt in cymiterio quotquot inveniant ossa mortuorum hec debent deferre in carnarium.

Item in choro debent esse attenti et taciti et non sine racionabili causa habere colloquia, quia silencium nostre(?) est discipline. Item maiores non deberent exire sub sermone, donec ewangelium eis prenunciaretur, nisi algore compulsi, et liqueret quod rector ipsis maioribus nomen illius dominice exponeret etc. scirent festa et secundum ea resummere cantica tam ympnorum responsoriorum et alia similiter et officia diurna de sanctis et de tempore [et non facere dissonancias et vocum discordias et dilatare voces in modum rusticorum et fistulare et mutare vocales .i. cantando vel legendo etc.]

Item quando vadunt ex scolis debent canere Ave Maria integraliter, scilicet additis »Ihesus Cristus amen«; ex hoc consecuntur indulgencias: de mane vero debent canere devote et concorditer añ »veni sancte spiritus«. Si adesset accolitus potest dicere desuper versiculum scilicet »Emitte spiritum tuum« etc. et collectam sive oracionem sed concludere »per Cristum dominum nostrum«. Quidam unum integrum mensem recitant per silbas Cisioianum etc. quod eciam placeret fieri.

Item et in balneis debent rectori ministrare aquas et ipsum scalpendo lavare nec simul frigidis aquis se vel alios perfundere nec litigare; ymo pauperes deberent ministrare plebano adjuvando quam ligna ponendo portando aut in feno, cum instant necessitates, quia cottidie habent ex dote elemosinam. Item rector non debet assummere pluralitatem pauperum propter pauperes inquilinos miserorum concivium. Item hy pauperes debent promittere rectori

obedienciam condignam et sibi obedire, vna et rector non debet pauperes arguere de pastu nisi quod sibi sponte ab eis porrigeretur. Etiam circa alios omnes scolares nichil inconsuetum debet postulare nisi quod sit de more et bona consuetudine. Etiam dato quod scolares tempore brumali .i. in yeme afferrent copiam lignorum pro incalefaciendo, omne quod residuum erit non erit rectoris sed debet conservari ad aliud tempus necessarium, ubi ipse rector pueris miserabilium concivium possit in hoc parcere quibus et ligna sunt in caro foro.

Item eciam et si scolares mittantur virgatum vel ad aliud opus ecclesie vel plebani, semper debent secum habere directorem, ad cuius mandatum laborent et ne alius alium ledat. Consimiliter nullus scolarium debet transire ad choreas vel spectacula dampnabilia, quando sc. occiduntur homines, sine licencia speciali sui rectoris aut locati.

Item et qui sint ex eis officiales, puta custos librorum, tam ille quam aly debent eos cum moderamine aperire et claudere et querere in illis, ita ut non faciant rugas .i. runczel vel maculas, neque aliquis ex eis debet corrigere addere vel minuere sine licencia plebani vel rectoris jurati, et habita resumpcione debet reportare et precludere. Item quicumque ex eis sit calefactor vel calefactores debent esse solliciti, ut habeant argillam preparatam in cacabo, qua mediante rymas .i. clufft possint glutinare .i. verclayben, quia valde nocet oculis fumus. Secundo non debent ligna torrida vel arida ponere circa fornacem nec ab extra vel ab intra ne causetur periculum incendy. Similiter neque stramina sint circa os fornacis. Eciam debent habere respectum ad fenestras et fenestralia et scopare et mundare sabbatis et in alys vigilys sanctorum stubam et loca facere amena et affectuosa; ad hec omnia rector fidelem tenetur habere sollerciam.

Item et scolares cuiuscumque etatis sint non debent in stratis facere longas moras sed sive a rectore vel parentibus mittantur pro vino aut panibus aut in alys commissis, statim debent redire cum bonis moribus, ymo nulli debent irridere pauperes vel mendicos sive canos .i. veteres. Non debent facere equitantibus cachynnos .i. schmuczen neque equos aliquali re percuttere nec illis in via obstare, quia equi per hoc erunt calcitrantes et cespitantes et tetanici .i. spetig vel scheuch et secuntur multa mala. Similiter neque cecos debent abducere de vera via ut cadant, neque debent intendere commercys chorrizancium in stratis et facere eis impedimentum, eciam illis que vel qui canunt celeymata sive eciam in nupciis et huius modi; sed ubicumque sunt debent esse ministrabiles ad mensam infundendo, panes dominis prescidendo, discos apponendo, et ex hys fiunt placabiles deo et hominibus. Melius est enim habere rectorem XXX bonos scolares qnam centum scurrulares et indomabiles.

Item abstinere debent se scolares a furtu a detraccione a

mendacio et nichil emere vel vendere sine sciencia et licencia rectoris et parentum suorum, nec debent ludere ad taxillos vel cartas, nisi rector sit presens; ymo nec debent blasphemare nec jurare per deum vel eciam membra Cristi, quia quociens fit erit peccatum mortale et ibi debet esse lupus etc.

Item nullus scolarium debet se cum complice suo scolari percuttere pungnis .i. feusten vel trahere crinibus vel simul conviciari .i. schenden nec parentelam suam, sed debet causam immediate referre ad rectorem, et si rector non possit rem pacare, referatur causa ad plebanum qui iudex est in temporalibus scolarium scoleque defensor. Et notanter(?) nullus scolaris qui sub iugo est rectoris debet portare arma scilicet pugionem wlgariter einen tegen vel bipennulam .i. mordëxtlin vel baculum .i. kolben, sed simplex solum cultellum longitudinis unius palme aut paulo plus indifferenter. Et quicunque contra socium suum collectaneum arma extraxerit, subito omnes scolares illum debent exuere et quilibet dare solidum bonum, magister vero XV et locatus decem, et si amplius non destiterit, debet penitus excludi. Qui vero arma contra rectorem extraxerit ad ledendum eum, debet mox expelli et excludi datis sibi viginti solidis bonis, et excluso potest eciam judex secularis ipsum punire. Siquis vero contra rectorem vel siqui conspiracionem facerent, de illis idem sit judicium et debet rector conqueri plebano et si ab illo non receperint emendacionem tunc deferretur ad judicem ſecularem.

Item rector locatus scolares debent se precavere ab excommunicatis hominibus qui palam sunt excommunicati, ex quo eos oportet esse circa divina, ubi scolares pro angelis reputantur et clerici pontifices, quibus attente servire debent tam in choro quam in foro et ubique, et quandocumque audiunt canere sive legere v.: Gloria patri etc. sive Ihesus vel nomen Marie, debent facere veniam et in devocione sacramentorum debent se incurvare scilicet geniculando, similiter in accipiendo benediccionem sacerdotis et in recipiendo aspersorium et speciatim coram omni altari consecrato, crucifixo vel ymagine beate virginis apostolorum et aliorum sanctorum quorum festa celebrantur et coram omni sacerdote dei. Ex hac consuetudine ibunt de virtute in virtutem.

Item scolares non debent hospitibus et advenis adaquare equos, quos non habent in noticia ut puta parentum, et specialiter in Jago vel stangno .i. teich vel ubicunque est profunditas; eciam dato si adaquarent equos non debent eos facere natare .i. swimmen in syrtis aquarum .i. tümpfel, nec debent equos post adaquacionem facere currere, quia talis cursus eis mortalis est. Eciam tempore estivale, quando scolaribus datur licencia se lavandi in Jago aut balneandi, semper debet adesse rector scolarium vel locatus vel maiores attendere minoribus, ne quis eorum intret ultra medium corporis vel desuper genua aut coxas, et cum se una pars laverit altera intret et prima super secundam expectent. Item neque debet

hoc tempus lavandi durare ultra duas bonas horas idest cuilibet parti una hora, quia si amplius fieret non possent evadere febres interpolatas sive intercutaneas.

Item cum scolares adjuvant edituum in conpulsando circa vel post elevacionem sive ad responsorium ferijs sextis Tenebre facte sive mortuis defunctis sive cum debet fieri compulsus officy aut processionum missarum vel vesperarum, nullus scolarium debet alium repellere sed simul adjuvare et cum modestia simul cessare et non se ad funes suspendere neque ineptos depost fetantes clangores facere quia incautum est, licet hactenus vix potui prohibere. Vidi quondam ascendentem in fune campane vivum et cadentem mortuum sine aliquo signo vite. Cetera ergo suppleat discrecio rectoris etc.

Item quilibet rector scolarium vel succentor eius debet ex suis scolaribus ordinare quatuor scolares, qui sint intonantes vicissim duo et duo, eciam ut in absencia unius aly assint, et consimiliter ordinet versiculantes quatuor et alios quatuor ad benedicamus, quibus ipse rector tabulam componere debet in scolis, ut sciant versiculos de tempore et de sanctis apostolis martiribus confessoribus et virginibus, similiter et benedicamus festivale feriale pascale dominicale angelicum, et de sanctis ut supra premissum, et semper duobus perfectis potest addere pusillum ad discendum et ad stimulandum pusillos ut reddat illos attentos et dociles, et videtur mihi sic bene esse ordinatum.

Item in omni processione vexilla debent portare duo scolares mediocres, ut sciant habere retrogradum aspectum, ne fiant intersticia in processionibus etc. ut s., sed in processionibus rogacionum duo viri debent recipere statim ante portam et portare. [Item semper cum canitur Gloria patri debent genua flectere, similiter ad nomina Ihesu et Marie et sanctorum etc.]

Item in processionibus rogacionum aut aliarum necessitatum non oportet scolares pusillos nec debiles transire sed pociores scientes canere letanias et exaudi et alia licita.

Item in una parte viri et mares .i. una pars precedat, altera sequatur, ad tollendam confabulacionem iniquam, nisi pauci vel honesti viri sint mulieribus precentores et canant simul cantica licita; eciam sub precepto peccati mortalis ex qualibet domo adminus una persona debet ire cum crucibus et quotquot possunt pre labore senectute vel debilitate. Item inpregnate sunt exempte in talibus. Sed hew pauci secuntur viri et mulieres idem pauci dites vel sani, nam ecclesiastes dicit: Qui timet deum conservabit bona sua etc.

Item bonum esset, quod rector instaret apud magistros edificiorum civitatis et consulatum, quod loca secreta fierent in muris duo vel tria, ut magni et parvi scolares in eis haberent digressionem et ne oporteret eos transire ante civitatem et fedare vias hortorum et aliorum locorum. Eciam vigiles uterentur hys secretis et non contaminaretur murus quod pre fetore senes nobiles quam

aly nequeunt transire, et ad hec ego eciam effundam preces. Item pueris oportet precipi ne sub aliqua pena fedarent murum et proiecerent lapides ad fraccionem arborum pullorum etc.

Nec silendum est, quando rector omni anno in quadragesima debet legere maioris(!) auctorem peniteas cito etc. et juvenes informare de confessione, ut illam faciant coram sacerdote pudice et honeste non ridendo et cum manibus palpando aut caput hinc inde movendo, nec debet alter alterum impedire nec prope sacerdotem et confitentem stare ullo modo, quia absurdum est et nocivum.

Item rector debet scolas post exitum scolarium obserare et claudere, ne mala in ea perpetrentur, quod hew pluries factum est, et si sibi sere frangantur referet ad plebanum et consulatum ut ibi corrigantur.

[Item adiciendum est rectori cuilibet ne locatum vel succentorem acceptet vel acceptatum licenciet sine consensu et licencia plebani, ex talibus gravia scandala sunt exorta tam in choro quam in scolis et inter scolares.

Et in hys omnibus casibus promittat rector et locatus facere diligenciam etc.]

WCrecelius

Zur Fischartbibliographie.

In Wagners Archiv für die Geschichte Deutscher Sprache und Dichtung I S. 12 f. fragte ich an über einige Abweichungen, die ich im Titel des Fischartschen Gargantua v. J. 1590 zwischen meinem Exemplar und den Angaben bei Goedeke und H. Kurz fand [1]). Es machten daraufhin E. Steinmeyer, W. Scherer und J. Franck (in demselben Archive S. 225 f.) Mitteilungen auf Grund der ihnen zu Gebote stehenden Exemplare, aus welchen sich mit Sicherheit ergibt, daß im Titel der genanten Ausgabe »Affentheurlich« und »zur Grenflug« steht, nicht, wie Goedeke und H. Kurz angeben, »Affentheurliche« und »zur (H. Kurz: zu) Grensing. Im Uebrigen finden sich einzelne unbedeutende Abweichungen in den bis jezt genau verglichenen Exemplaren; namentlich findet sich in mehreren (zweien in Berlin, einem in Augsburg und meinem) am Schluße der Widmung »Mutwtlliger« und »Hulprich« (mit verkehrt gesetztem d), während andere (ein Berliner und das von W. Scherer) dise Fehler nicht haben. Trotzdem darf, wie Steinmeyer a. a. O. bemerkt, an eine doppelte Ausgabe vom Jahre 1590 nicht gedacht werden. Denn disen unbedeutenden Abweichungen, die sich leicht durch Ausfall und falschen Einsatz von Typen

---

1) Ich benutze die Gelegenheit, um einen Druckfehler in meiner Anfrage zu verbessern. Kurz hat im Titel hinter erepit den Doppelpunkt ausgelassen, nicht — wie im Archiv steht — evepit gegeben.

und würde es für eine Beleidigung ihres künftigen Eidams halten, wenn sie sich im geringsten merken liesse, dass sie eine Enthaltung, die uns in Frankreich auf lebenslang lächerlich machte, in Zweifel ziehe [1]).

ABirlinger

Crailsheimer Juden- und Hebammenordnung von 1480

1 Ordinacio Judeorum

Item summe placeret, quia ex jure convincitur, quod Iudei, licet cruorem siciant et potent laicorum et nos usuris depauperent et quibusdam laudabile esse reputetur ut accipiat ab eis pecunias ad usuram etc., tamen cottidie nobis maledicunt, Cristum blasphemant, beatam virginem Mariam subsannabunt, crucem Cristi criminibus varys confingunt irrident et conspuunt etc. obstinati nobis commorantur ex pessima licencia principum et ob questum eorundem.

Item balneatores deberent eis deputare unum diem in septimana, quo ipsi intrarent balneum, et non omnes dies exceptos sabbatum. nam licet plures eis conbalneantur confabulentur et plus diligant quam proximum cristianum, sunt tamen boni adhuc sacerdotes et layci, qui nunquam delectantur eis commorari vel confabulari sine grandi necessitate, ergo nec in balneo eis conlavari. fetent enim et inficiunt balnea ex crudis malis aliarys suis. est enim cottidianus eorum usus commedere pipereata alliata et condimenta contra pestem et lepram et pauci eorum infirmantur.

Item cum deferantur sacramenta ad infirmos seu in processionibus quibuscumque vel in festis corporis Cristi, fugere debent et claudere suas fenestras et hostias, et si a sacerdotibus reprehendantur in stratis, debent deponere capucia, etiam si non faciant ob reverenciam crucis Cristi, tamen ob reverenciam sacerdotum, quibus ipsi sunt obstricti ad dandum decimas et reme . . a defunctorum suorum et oblamina, non autem denarium professionalem, quia non sunt capaces sacramentorum ecclesie, sed in alys sunt occupantes loca Cristianorum.

Item quicumque fidelium eis locat domos pro censsu, debet indicere Iudeis, ne furentur masculos, ne in eis exerceant prestigia, ne tractent aut conspiracionem faciant Cristianis, ne conveniant contra comune civitatis nec contra ecclesiam nec utentur veneficys aut maleficys, ne fontes inficiant veneno. et debent super hoc prestare juramentum.

Item in omni quadragesima a dominica letare non debent Cristianos neque in jure vel extra occupare vexare vel pignora re-

---

1) Bemerkungen eines Malteser Ritters auf einer Reise durch einige europäische Länder. Auszug a. d. Franz. Leipzig 1790. 8°.

cipere neque usuram de peccunia exigere indilate ad octavas pasce, quia ipsi a nobis nolunt impediri in diebus cenophegio [1]) vel alys suis festis et hec habent precipere plebanus cum brachio seculari.

Item in septimana lugubri scilicet a feria quarta post palmarum non debent exire suas domos neque aperire fenestras usque in diem pasce, simili modo in diebus corporis Cristi et octava.

Item Iudei ad nulla venalia debent porrigere manus nisi emptis illis, sive sint fructus sive pulli sive pisces, quia est ipsorum astucia, ut nos inmundicias eorum tollamus. eciam verum est, quod omne quod tangunt vegetabile nunquam incrementum percipiet sed moritur debilitatur aut marcessit et hoc certum est.

Item Iudei debent habere propria conventicula in certis locis et non circa capellas nec in publico foro nec se appodiare mercantys vel institis quia anhelitu suo tam zinciber piper zuccarum gariofila macia muscata et uvas passas et alia inficiunt suo anhelitu et salivis venenosis et pauci volunt illud intelligere, volunt enim circa omnes artifices habere suum statum nobis nocendi.

Idem Iudeis non debent tribui pignora preciosiora quam in valore duplici illius rei ipsis inpignorate, quia in hoc leditur comune bonum. Item non debent viris super vestimentis uxorum nec sumptuosis mulieribus super vestimenta virorum accomodare peccunias et hoc sub precepto maximo et penis plebani ac consulatus vel prefecti, ex illo enim multa fiunt et facta sunt et hodie sunt et facta sunt adulteria dissidia inter coniuges, ut vix mulieres evadant mortem a viris. Si autem ambo coniuges petunt sibi accomodari, tunc licet.

Item nullus consulum debet sciencia(?) sua Iudeis adjudicare usuram computatam et pro debito conscriptam vel summatam, quia non licet recipere usuram de vel super usura, non attenta aliqua litera desuper confecta sive principis nobilis aut alicuius potestatis.

Item non debent eis dari litere sigillate pro debitis suis et peccunys concessis et pignoribus nisi cum sciencia testium fidedignorum puta adminus duorum consiliariorum, quia cum suis iniquis literis prescribunt sequentes usuras et denudant comune bonum in tali modo.

Item et Iudei non debent spaciare in muris vel super muro civitatis neque in cimiterys nec in capellis foras civitatis, quia vidi ymagines Cristi transfixas multis voraminibus, et hoc de Iudeis presummendum est, et mihi relatum quod pertranseant capellas huiusmodi. Quare placeret, quod domini consiliarij una cum licencia domini prefecti et judicis facerent decretum, ne aliqui pueri ascenderent murum, quia eum stercoribus polluunt, quod vigiles de hoc conqueruntur, et ad . . . p . . . ymo proiciunt lapillis de muro gallinas pullos pavones et arbores et annichilant gramina et hortos,

---

1) Laubhüttenfest: *σκηνοπήγια*.

ymo proiciunt et frangunt vitra et fenestralia et multos clamores ineptos faciunt.

Erklärungen. Ich habe die Sprachfehler des Originals stehen gelassen, z. B. confingunt st. configunt (sie durchbohren das Kreuz), hostias st. ostia, marcessit st. marcescit. Pipereata = piperata, Speisen mit Pfeffer. Alliata (in der Hs. steht nur alliat), offenbar dasselbe wie weiter oben aliaria (aliarys = alliariis), Speisen aus Knoblauch oder mit Knoblauch angemacht. Oblamina ist deutlich, es sind wol dieselben Abgaben gemeint, die gewöhnliche oblegia, oblagia u. ä. (daher Oblei) genannt werden. Aber was sind die remedia defunctorum? denn so wird zu lesen sein (es steht in der Hs. reme mit übergeschriebenem a dahinter). Appodiare se, sich anlehnen; mercantys von mercantia (Ware); institis von einem nach institor (Krämer) gebildeten institа (Ware die im Détail zu verkaufen ist). Gariofila = caryophylla (Gewürznäglein). Macia muscata Muscatnuß; macia ist im Mittelalter Nebenform von macis (Muscatnuß). In der Hs. steht übrigens nur mac mit folgendem Zeichen der Abkürzung. Im letzten Absatz ist von den zwei nicht vollständig lesbaren Worten das letztere durch eine sonst in der Hs. mir nicht vorgekommene Abkürzung ausgedrückt: pȝ.

2 Obstetricum ordinacio

De obstetricibus placeret, quod omni angaria [1]) vel saltim bis in anno facerent juramentum fidelitatis circa inpregnatas sc. illas avisando ut essent temperate in cibo potu labore incessu et abstinerent se ab ira et huiusmodi presertim cum essent vicine partui.

Item quod tempore partus non recedant a muliere laborante sed caute provideat de ipsam alliquando confortando et animosam reddendo, cum bonis bona verba dando, cum rudibus acriora prout necessitas exposcit, et cauta sit mulieres allevando sc. ut habeat copiam adiuvancium et camissiam in tangendo ipsam et adjuvando etc.

Item provideat se, ne pira sint in domo parturientis vel circa eam ullo loco, ut dicit Galienus, nec introeat ventus horribilis ad locum puerpere neque assit pluralitas mulierum nec clamores nec multa lumina nec clangores, et si mulier sit delicata et fortis anteferatur eius nasui combustum coreum [2]) vel combustum cornu, quia deprimit talis odor ad pariendum, et si esset tam vicina partui et fetus in via, insuffletur ei parum de elleboro albo .i. nyesburcz, quod si non habetur statim recipiatur de pulvere strigili

---

1) Angaria (Frondienst) = Fronfasten, die 4 s. g. Quatember (quatuor tempora).
2) corium Leder.

equi quod idem facit. Item radix pollipody [1]) ligetur ad coxam super genu et pariet.

Item sit sollicita ad lavandum puerum et non nimis calide, qui si post liniretur anxie amea [2]) vel aneto nunquam pacietur maximum frigus, si lavetur vino semper integer manet.

Item ipsa obstetrix cum digito suo anulari [3]) vel cum uno grosso bohemiali vel consimili [debet] solvere lingwam pueri et mundare os et gingivas et lingwam et tres guttas sibi immittere vini optimi, ex hoc sanum obtinebit caput, et mundatus sic offeratur ad baptizandum, et si tali modo non solvatur lingwa ipsius post triginta dies solvetur sibi cum scara .i. flieden [4]) et statim tradatur matri ad sugendum. Item si sugere nollet, ungatur papula .i. caput mammille cum lacte amigdalarum vel cum medone aut melle. quod si mulier careret lacte, conteratur feniculum aut coquatur in bono vino vel aqua et bibat et habebit augmentum lactis, et si papule sint nimis parve, ligentur cum ligamine ab ante ad tempus et sic fiant habiles ad os pueri.

Item ante proximitatem partus faciat obstetrix puerperam sedere in cupa cum aqua tepida et non fervida decoccionis bletorum [5]) malvarum arthomesie [6]) camomille violarum que sunt mollificative. Si vero non appeteret balneari, tunc ungatur oleo olive vel violate [7]) circa ylia ex opposito wlve [8]) et idem os wlve ungatur et circa pectinem et faciat cum fortibus viris aut mulieribus ascendere et descendere gradum, tantum precavere a vento et fumo et a frigore et a nimio calore.

Item interdum ex malis accidencys impregnatarum tempore partus debilitantur, quod nequeunt se juvare sc. anhelitum ad interiora et inferiora impellendo, et plures moriuntur et sencientes se morituras petunt puerum evelli per scissuram et in tali casu sollers obstetrix debet prescidere latus [9]), dextrum autem non, cum cor viris sit in sinistro et mulieribus in dextro, et incipiat a parte inferiori circa pectinem supra scindendo ultra bonam palmam et cum sua manu inuncta oleo subtiliter ammoveat intestina et infirmam faciat iacere supinam .i. capud aliqualiter deorssum, donec

---

1) polypodium, warscheinlich vulgatum.

2) Wol = ammi, ammium. Verschidene Pflanzen dises Namens waren officinell. Aus der deutschen Namensform Ammei mag das obige amea gebildet sein. Es passt diß zu anetum (hier wol Anethum graveolens Dill), da beide Pflanzen zu den Doldenträgern gehören.

3) Der kleine Finger.

4) Gekürzt aus vliedeme, diß aus phlebotomus (Meßer zum Aderlaß), rein deutsch Laßeisen.

5) = blitorum v. blitum (Melde).

6) = Artemisia.

7) Wol = violeta, welches für viola vorkommt.

8) vulvae.

9) Der Kaiserschnitt wurde im Mittelalter regelmäßig auf der linken Seite gemacht. Vrgl. Haeser, Geschichte der Mediz. (1. Aufl. S. 300).

matricem attingat, tunc inclinatur ad latus apertum, ut bene sciunt, et faciant puero solucionem secundinarum [1]) etc. Mulieri vero, si nondum mortua et si habet signa vite, ponatur subtiliter in dorsso et fiant tres vel quatuor ligature wlneris cum acu et filo sericeo aut subtili et desuper longum emplastrum de ovis tribus et stuppa canabj et si haberi potest pulvis boli armenici addatur et ligetur emplastrum super wlnus et detur ei modicus potus vini optimj et si supervixerit et racionata fuerit, detur ei in potu de radice consolide maioris i. swarczburcz, et in vino coquatur polium montanum et detur ei et deo favente sanabitur.

Item si mater premoritur, infans ponatur in Bombace i. pawmwol aut lana succida [2]) et custodiatur ne tangat lana os eius et detur de lacte alterius lactantis vel capre guttandum et cottidie tres guttule vini odoriferi et inponatur sibi digitus auricularis et sic fit consuetus ad sugendum, fiat pulmenculum primo de amilo [3]), et digito annotato assuescat pulmentum summere et sic potest puer salvari et ipsa mater misericordiam dei aquirere cum benediccione, et talis puer cognomine dicitur prescisus.

Item omnis obstetrix debet secum habere de speciebus odoriferis sc. galange muscate gariofila cinamomum et alia aromatica sicut muscum olibanum mastix campforam laudanum et similia, quibus mediantibus confortet debilem et si non est delicata faciat fumum de corio vel cornu vel stercore equi. Item lauri bacca trita in vino prodest. Item gagathes alba pulverizata data facit parere.

Ich teile dise beiden Ordnungen mit aus dem Crailsheimer Pfarrbuch, das um 1480 von dem damaligen Pleban Johann Satler angelegt wurde. Aus demselben ist auch die im vorigen Bande der Alemannia abgedruckte Schulordnung entlehnt. Eine genauere Beschreibung der Handschrift habe ich in der Zeitschrift des Historischen Vereins für das württembergische Franken X S. 37 (1875) gegeben.

WCrecelius

Zur Crailsheimer Schulordnung

Die Schulordnung ist entlehnt aus einem vom Pfarrer Johann Satler († 1482) um 1480 im Interesse seiner Pfarrei angelegten Buche, in welchem außer einem Kalender zur Eintragung der kirchl. Localfeste und Memorien die Renten und Güter der Kirche, sowie Instructionen für den Geistlichen, die Capläne, den Schulrector, Küster, Totengräber, über die Juden und Hebammen verzeichnet waren.

1) secundinae = secundae, Nachgeburt.
2) lana succida od. sucida, frisch geschorne Wolle.
3) Amylum oder amulum, Kraftmehl.

S. 247 Z. 16 v. u. laris ist sehr undeutlich geschriben, es könnte auch leucis gelesen werden; beides vermag ich nicht zu deuten.

S. 258 Z. 21 v. u. ist statt etc. zu lesen et sic, welches, wie ich nachträglich gesehen habe, in der Hs. so abgekürzt wird: et[c].

S. 258 Z. 24 v. u. das fraglich als nostre gegebene Wort ist uere (verae) zu lesen.

S. 260 Z. 10 v. o. ist statt temporalibus zu lesen talibus.

Die in der Schulordnung aufgenommenen deutschen geistlichen Lieder gehören zu den ältesten Aufzeichnungen solcher, die bestimmt datiert werden können.

Das Lied »Mittel vnsers leben czeit« ist die Uebersezung des bekannten »Media vita«; die vorliegende Fassung weicht von sämmtlichen bei Wackernagel (Das deutsche Kirchenlied II S. 749 ff.) vielfach ab, namentlich in der 3. Zeile.

»Santa Maria ste vns bey« ist eine Variation der Litanie »Gott der vatter won vns bey« von welcher Wackernagel II S. 517—520 manigfache Fassungen gibt, die älteste aus dem Münchener cod. germ. 444 vom Jahr 1422. Die in der Crailsheimer Schulordnung stammt nach deren ausdrücklicher Angabe aus Oberbaiern.

Die Litanie »Sandt Michel im hymel thron« kann ich nicht weiter nachweisen.

Von dem alten Ostergesang »Crist ist erstanden« erwänt die Schulordnung nur zwei Strofen; sie kannte ihn also etwa in der Gestalt, wie er bei Witzel im Psaltes Ecclesiasticus steht (Wackernagel II S. 726).

Die Uebersezung von »Surrexit Christus hodie« (Anfang »Erstanden ist der heilige Christ«) teilt Wackernagel II S. 733 ff. in sechs Fassungen mit, von denen die älteste Aufzeichnung in einer Breslauer Hs. von 1478 steht. Die in der Crailsheimer Schulordnung weicht von sämmtlichen sechs wesentlich ab.

Die Prosa von der Himmelfart »Crist fur gen himel« steht mit ihren späteren Erweiterungen bei Wackernagel II S. 744 ff.

Das deutsche »Veni sancte spiritus« s. bei Wackernagel II S. 748, wo unter Nr. 986 zwei Aufzeichnungen aus Münchener Hss. des 15. Jahrh. mitgeteilt werden.

Den Gesang »Got sey gelobet vnd gebenedeyt« hat Wackernagel II S. 748 aus dem Trutebulschen Enchiridion von 1524 um eine Strofe erweitert, sonst zimlich in Uebereinstimmung mit dem Texte in der Crailsheimer Schulordnung.

Der Hymnus »Ave vivens hostia« steht in »Schöne, alte, Catholische Gesang vnd Rueff. Tegernsee 1577« und im Speyerischen Gesangbuch von 1600; daraus bei Wackernagel I S. 240 ff. Der Text in der Crailsheimer Schulordnung hat hier und da bessere Lesarten; es felen ihm aber drei Strofen (die 14. sowie die 17. und 18. bei Wackernagel). Das in der Schulordnung zwischen

den einzelnen Strofen des Hymnus eingeschobene deutsche Lied ist mir sonst noch nicht vorgekommen. WCrecelius

Mîn allerliebestes suzelîn!

Das in den Amores Söflingenses, im 3. Bande dieser Zeitschrift S. 141, 142 und 143 vorkommende Kosewort suzelîn hat der Herausgeber in demselben Bande S. 296 besprochen und es zu dem schwäbischen Worte suzeln = lecken, schlecken, schmazgen gehalten. Ich möchte, auf anderweitige, ältere Erscheinungen dieses Ausdruckes gestüzt, die nahe ligende Ableitung von süeze (süß) nicht von der Hand weisen. In einem andern Sinne vermag ich wenigstens das Wort nicht zu fassen, welches ehemals der Minnesinger Tanhuser XI, 3, 5 (bei v. d. Hagen MS. II, 93a) auf vüezel reimte in folgenden Versen:

Nû tanze eht hin, mîn süezel!
Sô hol, sô smal, sô wurden nie kein vüezel.

Auch Oswald von Wolkenstein bedient sich einmal dises Ausdruckes in der nasalierten Form süenzel, vergl. deſſen Ausgabe von B. Weber XXXIX, 1, 11: pleib hie, nit eyl, mein trauter Küentzel, süentzel! Wenn es ferner in dem Büchlein der Nonne von Engelthal S. 43 heisst: [si] sprach zû dem kindelîn: liebez kint, wie haist dû? dô sprach ez: Iêsus suzzelîn! so ist es doch auch hier noch fraglich, ob man bei suzzelîn an einen saugenden Knaben zu denken hat, oder ob man das Wort nicht vielmehr = süezelîn süezel zu fassen habe, vergl. Lexers Handwörterbuch II, 1288. Anders steht die Sache da wo das Wort als Zuname gebraucht ist. So erscheint um das Jahr 1380 ein gewisser Betzold Sutzel von Mergentheim im Hennebergischen Urkundenbuche ed. Schöppach und Brückner III S. 106, 4—7. Hier ist es mir auch sehr warscheinlich, daß dise Benennung nicht mit süeze, eher mit dem bei Schmeller-Frommann II, 350 verzeichneten sutzeln = zutſchen (vergl. Mundarten II, 240) saugen, sutzel = etwas an dem Kinder saugen — zusammenhängt, sowie daß dahin auch das schwäbische suzzele (bei Schmid 521) = Schweinchen (im obersächsischen Oſterlande und in Düringen Kuſch-ſchweinichen) gehört. Findet ſich doch schon bei Albrecht von Scharfenberg suz für Bruſtwarze, Zitz, so in seinem J. Titurel 5941, 3: heizet im nemen den suz zur tenken sîten; vergl. dafür zutz in Frommanns Mundarten III, 544. Und wie sutzeln je nach dem Dialect mit zutzeln wechselt vergl. Schmeller IV, 297, so findet sich ganz dem obigen sutzel entsprechend bei Muscatblüt auch schon zutzel und zwar im Sinne von Mündchen oder Weinheber, so in den bekannten Weingrüßen 12, 14 (Altd. Blätter von Haupt u. Hoffmann I, 409):

Wenn sein flasch vol ist desselben strutzel,
So vast er dannoch ein mass in den zutzel. Fedor Bech

zunehmen, biß unser lieber Ehe-Mann und Vatter von GOtt wieder in seinen Dienst gezogen, folglich uns wieder bey sich unter GOttes Seegen zu versorgen die Gelegenheit und das Vermögen haben wird; und zu dem Ende dieserhalb sowohl, als auch benebenst, daß uns der Zeit unsere bey Löbl. Landschafft aus noch 2500 Gulden Capitalien, mit 125 fl. ausstehende: deßgleichen aus einem Capital bei der Stadt Tuttlingen von 500 Gulden die von Anno 1736 inclus. mit 175 fl. restierende Zinnse, bevorab da diese Gelder quaest. von mir der Ehe-Frau und Mutter theils beygebracht, theils geerbet sind, zu höchst-Nothdringlichster Bezahlung unsrer hiesigen Schulden, und anderer Nothdurfft, ohne weiteren Anstand entrichtet und ..... nochmahl gantz submississime bitten, die Hochfürstl. ..... gnädigst an seine Behörde ergehen zu lassen. ..... Willfahr die Landes-Vätterliche Clemenz Eur. ..... nicht zweifflen läßt, also versichern wir die uns ...... mit Lebenslänglich-unterthänigst-gehorsamstem .... Pflicht-schuldigst zu verehren, und verharren ....

Ordnungen für den Pfarrhelfer, den Mesner und den Totengräber in Crailsheim um 1480.[1]

Mitgeteilt von Dr. G. Mehring.

I.

Ordnung für den Pfarrhelfer.

Nota ordinationem coadiutorum in statu familiaritatis eorum quando assumuntur ut se sic gerant et faciant salva tamen meliori ordinatione aliorum.

---

[1]) Aus dem Crailsheimer Pfarrbuch, das Mag. Joh. Sattler, Pfarrer in Cr., um 1480 zusammenschrieb, hat W. Crecelius schon 1875 in der Zeitschr. d. Hist. Ver. f. d. Württ. Franken (10, 1875, S. 37 ff. u. 119 ff.) ein Kalendarium mit Einträgen über den Gottesdienst und Anniversarien veröffentlicht. Im gleichen Jahr brachte er in Alemannia Bd. 3, S. 247 die merkwürdige und einzigartige Schulordnung, und im folgenden ebenda (Bd. 4 S. 12 und 14) die Juden- und die Hebammenordnung nebst nachträglichen Anmerkungen zur Schulordnung zum Abdruck. Die drei oben mitgeteilten Ordnungen aus derselben Handschrift, die inzwischen aus dem Besitz von Crecelius an das K. Staatsarchiv in Stuttgart gekommen ist, sind unsers Wissens bis heute ungedruckt geblieben. Sie sind für die Geschichte und Organisation des Pfarramts im Mittelalter von hohem Wert; in manchen Punkten werden sie ergänzt durch Ausführungen über den Gottesdienst u. a., die die Schulordnung enthält. Weiter sei verwiesen auf Bd. 12 der Württ. Geschichtsquellen, 1911, S. 149, wo eine Ordnung für den adiutor an der Pfarrkirche in Lorch von 1511 steht, und S. 131, Anm., wo verwandte Literatur aufgeführt ist. — Zur Schulordnung werden hier einige textliche Anmerkungen beigefügt, deren Notwendigkeit aus der (von Crecelius im

1. In primis ut faciat fidem de sua ordinatione condicione et scientia et an sciat actus ecclesie vel saltim de hiis velit informari ut fiant iuxta ritum ecclesie cuius velit esse adiutor.

2. Item ut faciat plebano stipulata manu et vice sacramenti fidem ut sit sibi fidelis ac obediens in omnibus licitis debitis honestis ac necessariis, circa divina officia assistentiam faciat et sic sine remurmuratione.

3. Item de sacrificiis quantumcumque sibi in ecclesia filialibus aut aliis ad ecclesiam spectantibus aut provenientibus (offertur), similiter de pertinentiis plebani in solidum spectantibus faciat presentationem sine diminutione vel det componatori [1]) ad presentandum.

4. Item quod nulla votiva neque tricenarios [2]) aut comparationes missarum assumat sine licentia et scitu aut consilio domini plebani.

5. Item in choro cum presens sit faciat assistentiam scolaribus in psalmodiis, etiam in casu cum non adesset succentor, et hoc in vesperis vigiliis et mattutinis.

6. Item si spatietur in ecclesia, fiat circa chorum vel in choro competenter, ut compleat horas, [3]) sed nec faciat circa sedes mulierum neque eis confabuletur nisi in licitis et honestis et cum aliqua rationabilis causa exigat.

7. Item de personis ipsum requirentibus pro audiendis confessionibus, pro adportatione et administratione sacramentorum videlicet eucaristie et unctionis olei sacri vel ad intronizandas [4]) mulieres decumbentes ex puerperio nullam faciat excusationem vel longam moram

---

allgemeinen sehr korrekt entzifferten) flüchtigen und teilweise fast unleserlichen Schrift Joh. Sattlers sich ergibt. Alemannia 3 S. 247, Z. 25 v. u. statt expetere l. competere. Z. 16 v. u. st. arcuata l. curvata. Z. 11 v. u. manuum. S. 248 Z. 5 v.o. nach psalmi setze ein antiphone (die häufig wiederkehrende Abkürzung an. ist natürlich immer mit diesem Wort aufzulösen). Z. 22 procedant. Z. 31 scilicet st. sed. Z. 36 festivando. Z. 38 fidelibus. Z. 47 Sine st. Sive. antiphona tota. sequatur. S. 249 Z. 28 nach not füge hinzu: amen. Z. 29 streiche Nota. In ist verschrieben für Item. S. 251 Z. 3 sequencia st. sequencias. Z. 25 Christ st. Christum. S. 258 Z. 2. similiter st. super. Z. 24 mater st. nostre (nicht vere, wie Crecelius in Alemannia 4, 17 vorschlägt). Z. 31 fistularum. vocales in. Z. 39 Cisioianus. S. 259 Z. 1 unde st. una. S. 260 Z. 23 defertur. Z. 25 locatus quam scolares. Z. 31 elevacione st. devocione. Z. 33 specialiter. S. 261 Z. 5 v. u. in muro st. in muris. S. 262 Z. 13 illi st. ibi.

[1]) Richtiger campanatori = campaniste s. u. II.

[2]) officium 30 missarum, quod totidem diebus peragitur pro defunctis. Du Cange.

[3]) scil. canonicas.

[4]) intronizare aussegnen, vor dem ersten Ausgang.

sed habeat diligentem prospectum et affectum de salvatione animarum tam intra muros quam abextra neque exinde extorqueat aliquam pecuniam preterquam licitam etiam de nichil habentibus et pauperibus, quorum privilegia semper salviora existere debent et observari, sed quicquid sponte sibi offertur recipiat, secus tamen de habentibus.

8. Item quod quemlibet in statu vel lecto egritudinis decumbentem in confessione informet, etiam extra confessionem coram sibi coniunctis, ut testetur aliquid ecclesie, ubi petat sepeliri, ne videatur intestatus mori, non obstante quod sit daturus domino servus vel ancilla, et iuxta posse suum et liberum arbitrium, verbi gratia si esse(t) pastor aut alterius artificii vernaculus, testetur denarium vel obulum, ut se Christo conformet, qui omnia testatus est patri pro nobis.

9. Item in confessione audienda sedeat pudicus et affabilis et specialiter in XLma et inquirat primo habita salutatione, ubi sit confessus et quale sit suum nomen et status et an faciat primam suam hoc tempore confessionem et an libenter confiteatur, et inducat confitentem ut se animosum reddat et voluntarium ad confitendum, quia in hoc foro non melius lucrum quam animarum.

10. Item non faciat acceptionem personarum illicitam, quia liceret debiles et senes infirmos et quibus incumbunt labores et ministeria exercere preferre et preassumere aliis et hoc cum moderamine et benignitate, et nulli confitenti incutere metum, quia in illis consideratur confessoris felicitas et industria, quia evangelizat bona ter bonos suos pedes procurantibus pacem[1]) inter Christum et peccatorem.

11. Item sit cautus de maximis casibus episcopalibus et aliis, ne inponat emendas inconvenientes, etiam in criminibus enormibus corrigendis habeat consilium et informationem domini plebani, ut expost fiat despectus illius peccati et non fiat amplius. Sed nota in casum quo quis diceret: Ergo propter vestram industriam hoc delictum confessus sum et vobis et nunquam alteri nec amplius confitebor, sed causa dei peto expedire, certe consulo ipsum absolvendum esse et penitentiam iniungendam. Tamen potest accipi ab eo iuramentum de nunquam amplius tale delictum perpetrando. Penitentie non sint arbitrarie.

12. Item iuxta qualitatem confitentium debet infligere penitentias secundum ut videbitur expedire et penitentibus debet promovere

---

[1]) Nach Nahum 1, 15.

veniam ecclesie matris scilicet sanctorum Kiliani etc. in Herbipoli cum notificatione quod ecclesie parrochiali exinde pars sequatur. Etiam si iniunxerit missas, comparare non debet sibi ad legendas easdem nec consocio apropriare, sed dicere: si voltis ut ego vobis legam, opportet fieri et debet de licentia domini plebani. Nam ex talibus maximum detrimentum (fit) ecclesie et cooperatoribus, quia in una XL^{ma} iniunxerant ultra ducentas missas etc.

13. Item non debet habere cum consocio vel coadiutore de confessis conspirationem, scilicet ut: ego volo illam et tu aliam audire vel equaliter, ut factum sepius est in preiudicium animarum multarum, quia in tali casu mulieres etiam suspecte sunt remittende plebano vel ultra ut coherceantur illarum mala que tam publice quam occulte impudice peregerant.

14. Item consequenter debet facere quilibet diligentiam de adulteris et de patrociniis talium ut cum consilio plebani condignas habeant poenas et de talibus rebus sistant.

15. Item de familiaribus suspectis et infidelibus ac parentes et magistratum non honorantibus eis detrahentibus ac bona eorum diripientibus aut subtrahentibus aut male expendentibus et specialiter circa ludentes in cartis et deciis et rebus — — — faciat diligentem informationem et inquisitionem ut restituantur et amplius abstineant.

16. Item faciant diligentem inquisitionem de confessionalibus et professionalibus et constitutis oblationibus et sacramentalibus, scilicet de baptismo, de professionali, leibden.[1]), ölschilling, decimis et aliis, etiam quilibet confitentium tenetur dare sein peichtgelt, pro statu cooperatoris specialiter in XL^{ma}, consimiliter de remediis plebani et sociorum presentiis, intronizalibus[2]) et aliis licitis.

17. Item quod quilibet tenetur dare equalem portionem de provenientibus in statu divinorum ex ministerio sacramentorum intra vel extra muros quocunque modo sibi provenientibus circa divina ministeria consueta, etiam tamen non aliquam illicitam novitatem facere vel extorquere sine licentia plebani.

18. Item libris horarum ac aliorum omnium sibi accomodatorum tam in ecclesia quam in dote debet uti cum diligenti observatione, ne maculentur per luminum stillas aut manus non lotas vel etiam per alia deformia, similiter et missalia divinorum et alios libros.

---

[1]) d. h. Leibpfennig. [2]) s. o. Anm. zu § 7.

19. Item quilibet tenebitur sibi facere registrum, in quo scribat proventus ab ecclesia de presentiis et aliis, ut ex his, quando recesserit, plebanus sciat statum in qua aquisitione sit, quia credit ipsam plebanus esse nimis exilem, et hoc nulli coadiutori vergit in detrimentum, etiam hactenus non est plebanus de hoc informatus, cum tamen scire deberet, quia secum portabit pondus diei et estus animarum.[1])

20. Item tempore quadragesimali debet caute perquirere nomina confitentium, puta confesso tali subsubulire videlicet: ecce quero nomen tuum scribendum obedientie tue christiane, iuxta regulam Tali quinti decretalium Omnes utriusque sexus, secundo ideo ut plenarias indulgentias consequaris, tertio et finaliter ut non cum non obedientibus et non confitentibus maledicaris, quia opportet plebanum tales evellere a presentia et bannire donec redeant etc. et ex tali ordinatione faciliter inveniuntur rebelles et ne eis detur communionis sacramentum, quia tota terra posset absorberi et potius esset in terris iaciendum sacramentum etc. Heu habeo plures in ditione mea, quibus etiam brachium seculare comminatur punire etc.

21. Item nullum iurgium dissidium aut conspiramentum debet facere contra plebanum capellanos aut eorundem et nostrum omnium familiares, sed eos digne ut plebanum venerari. Item non debet sine licentia plebani alicui capellanorum neque consiliariorum civitatis aliquem processum in cancellis sive mandatum insinuare sine licentia plebani. Quodsi aliquod iurgium inter cooperatorem vel cooperatores capellanum vel capellanos et familiam plebani oriretur, hec eadem causa sedari et concordari debet per dominum plebanum et capellanos, qui si non possent concordare sive inter plebanum socios capellanos vel familiam, totum et sine alio strepitu debet concordari et stare ad declarationem fraternitatis sanioris partisque diffinitionem. Etiam si aliquod grave mandatum superveniat, non exequatur sine licentia domini decani vel diffinitorum capituli aut capellanorum.

22. Item quando aliquis miserabilium personarum et pauperum cum sacramentis providetur et idem mortuus ad sepulturam inducitur, cum exequiis septimo aut tricesimo peragitur, et si plebanus de parte remedii sui eis remiserit, ipsi quidem socii debent vel ipsorum qui interest etiam debet facere misericordiam in recipiendo et nichilominus ad sepulturam illius vel illorum transire cum collectis et consuetis, quia privilegia talium latiora debent esse quam divitum.

[1]) animarum scheint nachträglich beigefügt.

23. Item quicumque inter cooperatores in statu senior existit et mense presens, ubi plebanus comedit, sive commensalis alterius sit vel alter eorum, qui presens est, tenetur dicere, si non seniorum aliquis puta capellanorum interest, Benedicite et Gratias deo. Consequenter liceret circa divina, cum idem cooperator sit vacans vel fieri posset, ad altare plebano ministrare, ut puta Adiutorium dicendo aut officium querendo vel corporale cum calice ornando. Item in respondendo, si idem socius velit misse interesse. In festivitatibus principaliter fieri debet solitum ministerium, similiter cum plebanus velit transire cum sacramentis.

24. Item vult dominus plebanus, ut circa horam debitam se ad prandendum vel cenandum disponat, nisi legitime fuerit absens vel prepeditus, et presertim tempore estivali circa pulsum vesperarum sit pro cena sumenda, et tempore yemali ad minus assit circa pulsum laristegii,[1]) paulo post vel ante sine dolo nisi habeat causam rationabilem excusationis.

25. Item si aliqua dissensio vel disceptatio fieret verbalis aut odiosa videlicet inter plebanum capellano scooperatores rectorem scolarium vel familiam plebani in mensa zecha vel qualitercunque exorta,[2]) insurgeret, in dote tamen vel alibi in presentia plebani, nullam de hiis debet facere cooperator nec rector vel famulus aut famula plebani accusationem et clamorem coram laicis, sed spectare debet ad concordantiam et declarationem plebani, nisi fieret ibi manualis lesio vel iniuria, que in tali emergenti casu debet vel potest revolvi ad decanum et capellanos et plebanos, et si non possent concordare et pacare, tunc debet stare in declaratione confratrum, quando celebratur vel convocatur fraternitas, sanioris partis absque omni alia delatione, nisi per fratres fieret remissio ad superiores et esset violentia facta enormis etc.

26. Item unusquisque debet supportare onus vel onera alterius in sua absentia, donec presens fuerit et commodose ministerium suum in sacramentalibus perficere valeat. Quod iidem facere tenebuntur in commisso vel absentia ipsius domini plebani, cum cooperatores divinorum more fidelium canum vigilare super gregem commissam debeant, more fidelium levitarum.

27. Item nullus post cenam debet exire dotem sine licentia vel consensu plebani vel sine significatione loci ubi inveniri debet, altero

[1]) Zur Polizeistunde. [2]) Vorlage: exortis.

tamen remanente vel modo premisso causam exitus demonstrantibus. Item neque in die debet tabernis immorari ludendo in taxillis vel cartis vel in alea, preter quam pro simplici valore zeche vel consimili pecunia, nec ibi facere blasphemias. Sed cum alii honesti viri assurgunt in debita et competenti hora dormiendum, ipsi etiam vel ille, qui absens est, debet dotem intrare ac domum post se claudere nec apertam dimittere, ne dampum subsequatur per furtum etc.

28. Item plebanus tenebitur cuilibet sociorum dare in qualibet angaria, quam in ministerio complevit, unum aureum renensem boni valoris vel tottidem peccunie usualis et currentis, vel simul quatuor si annum compleverit. Etiam in casu quod quis ex legitima sua necessitate de peccuniis indigeret, debet sibi dari per plebanum valor dimidii floreni et quandocunque alicui deservita peccunia dabitur, debet significare manu propria et dare plebano, ne causetur dubium de non solvendo, quod mihi factum fuit per dominum Burcardum Laur, quamvis ipsum expedivi realiter et cum effectu.

29. Item in omni prandio vel cena dabitur presenti cooperatori una media mensura vini de cellario plebani vel alterius, de quo in mensa solitus est plebanusmet bibere. Secus autem in festivitatibus vel circa hospites ipsius domini plebani, tunc equaliter omnes bibunt iuxta suam competentiam.

30. Item feriis sextis et in vigiliis apostolorum et in quadragesima dabitur unum prandium de iure et tunc tali die bibunt ipsi coadiutores cum plebano. Si vero fuerit collatio aut cena, etiam dabitur communis zecha. Etiam in casu quo nequirent ieiunare, debet eis dari vini haustus, similiter una offa de arbitrio domini plebani.

31. Item videtur esse bonum, quod si quis sociorum velit statum suum ad meliorem ducere, quod non debet sibi denegari, ita tamen quod loco sui alium constituat, ne status vacet, quia multa incommoda per hoc evenerunt domino plebano.

II.
Ordinatio campaniste.[1])

1. Nunc de edituo vel conpare.[2]) Videtur michi summe necessarium esse eligere honestum fidelem et probum, cum ipse maxima clenodia

[1]) In der Vorlage verschrieben companisse. Bedeutung: Glöckner, wie campanator oben I 3.

[2]) Der Nominativ heißt compax s. u. § 18. Bei Du Cange nicht zu finden.

salutis nostre custodire tenetur, scilicet sacramentorum vestita et amicta, scilicet cyboria sacra, et tollere reliquias reconditas, agnus dei et vasa domini, calices et ornamenta ecclesie, ymo sacrificia et deo sacrata. Proinde necessarium est ipsum prestare iuramentum fidelitatis, quod quilibet famulaturus dominis suo tenetur et in decretis sanctitum est, videlicet XXII q. V de forma.

2. Et qui fideliter vult famulari, sex debet habere in memoria: primo ne sit in dampnum domino suo in corpore et ne ipsum offendat aut invadat armis; secundo ne secretum sibi a domino de se vel de domino (creditum) prodat aut cuiumque revelet; tertio ut suum dominum non ledat infamia aut [1]) deroget iustitie sue aut que ad ipsum spectant; quarto ut sit ei utilis et querat profectum et utilitatem eius; quinto, in quo sibi facile sit aut possibile, debet domino suo famulari; sexto ut ipsum dominum suum de intellectis dampnis vel malis oblocutionibus aviset et defendat honorem suum.

3. Ideo breviter iurabit, quod fidelis sit plebano et sibi faciat reverentiam assistentiam et obedientiam, commodum suum promovendo et dampnum avertendo.

Item quod obventiones altarium scilicet sacrificia et oblationes altarium sive crucis et cetera funeralia remedia presentias ac debita plebani significet, postulet et ipsi domino plebano fideliter presentet.

Item quod claves ecclesie et ad cyborium sanctuaria et calices et ad baptisterium sacristam spectantia et ad alia bona tam ecclesie quam consiliariorum et aliorum quorumcunque sibi commissorum debita conservat sub custodia, ne quisquam ab eis sumat exemplar ad nocendum. Neque alicui aliene et soli persone tradat ad aperiendum ecclesiam vel sacrist(i)am vel cybaria eucaristie nisi in casu emergenti, ubi non posset adesse.

Si tunc committeret uxori, debet uxor etiam esse iurata ad debitum usum clavium. Hoc prius non fuit sed videtur mihi instituendum scilicet ministerium feminarum etc.

4. Item nunquam debet exire civitatem sive per campos sine licentia plebani vel cooperatorum, ubi debet committere si exierit, quod claves inveniantur custodite ut supra, vel [2]) sine licentia sindicorum vel cooperatorum etc.

---

[1]) aut zweimal.

[2]) Die folgenden Worte später hinzugefügt.

5. Item de necessitatibus ecclesie quecumque existant tam in libris calicibus corporalibus pallis ornamentis et quecunque existerent vitiosa corrupta vel indecora, debet referre ad plebanum et de talibus nichil ocultare, quia decet solidudo [1]) domum dei et decor.

6. Item ut circa primam missam feriatis diebus et aliis certa signa pulset, que habeant intervallum, ut se possint laboratores induere, surgere et disponere. In festivis diebus et dominicis longiora essent signa pulsare et specialiter in officio habeat intervallum inter compulsum officii et pulsum processionum cum aspersorio vel reliquiis aut cum sacramento eucaristie.

7. Item quod precipiat adiuvantibus eum pulsare ne fiat distrasio, set cum ipse facit cessare, simul cessent, et non se funibus suspendant et longos clangores faciant, quod audivi quendam scolarem ultra quadraginta clangores post alios sonos campanarum facere, quod incautum est nobisque notabiliter nocet.

8. Item nulli alieno sacerdoti aditum celebrandi neque ornamenta neque calicem aut missale conferat sive altaris ministrantem adhibeat cum vino aqua aut oblationibus sine licentia speciali plebani, nisi sit valde notus et etiam honestus et plebano non contrarius, quia plures invito plebano celebraverunt incidentes in canonis penam videlicet de clericis peregrinis et acephalis. Etiam [2]) timeo plures fuisse in excommunicatione licet non denuntiati coram plebe etc.

9. Item nulli capellanorum neque aliorum sacerdotum prebeat aditum ad celebrandum neque sibi porrigat calicem librum et liquamina sine casu emergenti, antequam officians primum officium misse sive pro defunctis vel sanctis aut tempore inceperit et in altari steterit et specialiter cum plebanus habeat exequias anniversaria certa et oblagia. In casu autem cum ibi essent hospites aut nobiles aut comites, posset ex capellanis unus celebrare in basilica,[3]) ubi non esset detrimentum plebani, etsi per maximum hoc ab uno capellanorum minime observatum est quia rebellis etc.

10. Item nulli defunctorum debet pulsare sine scientia plebani aut cooperatorum suorum, saltim adultorum qui communicati sunt, ad minus tempore pascali. Item neque debet pulsare aliis, qui extra

---

[1]) Für solitudo = soliditas. Du Cange s. solitudo 2.

[2]) Das Folgende später hinzugefügt.

[3]) Liebfrauenkapelle? Vgl. O.A.Beschr. Crailsheim S. 235.

parrochiam sunt, nisi amici ipsius defuncti tribuant edituo mercedem et ad minus velint illum defunctum peragere in ecclesia, saltim tamen memorari si pauper est.

11. Item ut habitis officiis tam diurnis nocturnis quam vespertinalibus sollicitum faciat circuitum, ne aliquod lumen sinat accensum preterquam id, quod est ante sacramentum, quod nunquam debet extingui sub magna pena.

12. Item debet providere an sit defectus in oleo aut cereis aut carbonibus aut cacabis [1]) vel patellis pro calefactione vini aque atque sacerdotum, similiter funes campanarum omni mense prospiciat, ut referat defectus ad plebanum et vittricos [2]) ecclesie et incommoda emendentur.

13. Item habeat respectum ad ornamenta sacerdotalia corporalia et pallas et tecturas, ut ad minus bis in anno laventur et mundentur. Similiter debet ecclesiam certis vigiliis apostolorum et solempnitatum mundare et scopare et frondibus ac palmis decorare. David enim dixit: domine dilexi decorem domus tue. [3])

14. Item habere debet prospectum de aromatibus, videlicet de thure et mastice quibus altarium reliquie venerantur et defunctorum ossa (est enim odor agri pleni, [4]) id est sepultorum in pace eterna et in bona fide provisi), etiam oblatas [5]) tenere recentes. Similiter vina et aquam altari utenda etc.

15. Item providere se debet, ne nuda manu corporalia calices patenas et reliquias tangat, neque in corporalibus [6]) sacramenta eucaristie ad aliquem locum deportet, quod ante me factum est. Ymo nec uxor editui debet portare vel deportare reliquias ad altaria, quia insultum est. Sed pulsare ei admittitur et aperire cistas calicum reliquiarum et cerearum vel librorum huiusmodi. Canon enim dicit: mulier non adcedat ad sanctum sanctorum etc. Item potest accendere altarium candelas et extinguere, sed nunquam circa altare ministrare, nisi esset edocta, posset confiteor dicere cum sacerdote.

16. Item ad horalogium [7]) sibi commissum debet habere sollicitum aspectum, ne multum vacillet aut dubitet, quia post illius signa sur-

---

[1]) Kessel zum Erwärmen von Wasser usw.

[2]) Kirchenstiefvater, d. h. Heiligenpfleger.

[3]) Psalm 25, 8. [4]) Nach Genesis 27, 27. [5]) Oblaten, Hostien.

[6]) corporale: palla, qua sacrificium contegitur in altari. Du Cange.

[7]) Turmuhr.

gunt sacerdotes quam alii homines qui fere negligerentur in suis labores[1]) et clerici in suis officiis.

17. Item summe necessarium est ut omnis edituus non intendat magnis et ineptis ludis decimarum[1]) vel cartarum neque sit potator vel tabernarius aut negotiator, nisi cum hoc officio intendat uni et soli artificio decenti, videlicet ut non sit pellifex cerdo sutor aut maccellator vel huiusmodi, quod causat fetorem tam in manibus quam in vestimentis et ne sit rixator vel homicida sive irregularis quia gravissime peccaret, si ministraret ad altare.

18. Item edituus debet uti duplici sobrietate, ut videlicet sciat invenire sacerdotes coadiutores ad provisionem infirmorum decumbentium. Nam in tantum excrevit malitia tabernarum et ebrietatis ludi et elationis, quod alter alterum interficit pro uno obulo aut verbo. Cum vero deus sit pater misericordiarum et in quacunque hora peccator ingemuerit salvus erit, ergo opportet quod edituus ad hanc salutem consequendam omni sacerdoti prior est ad aperiendum ciborium ad incendendum cereum ad portandum tyntinabulum et lucernam ante Christum salvatorem omnium, quod vix sic posset sortiri effectum si compax[2]) intenderet spectaculis ineptis.

19. Item secunda provisio sobrietatis etiam est summe necessaria, nam debet attendere ad mutationes aure et aëris, ut cum videat nubes graves nigras advenientes vel cum in nocte viderit fulmina aut audit mugire nubes, profecto scit advenire tonitrua fulgura et choruscationes, contra quas licet nolas et campanas et tyntinabula pulsare. Possent etiam bombarde incendi contra aëreas illas partes,[3]) quibus se comiscent demones mali et nocivi. Sunt enim omnes campane manibus sacerdotum vel episcoporum ad huiusmodi consecrata, ut vox earum representet conventum populi ad orationem faciendam et divina minsteria complenda et ad efugandam malitiam demonum de terris aëre et aqua. Domus enim in qua vox domini super aquas inhabitans deus intonuet[4]) etc. Sunt enim tube dei.

20. Item in casu quo necessarium erit de nocte pluries pulsare contra grandinem etc., post suos adiutores debet in ecclesia ab intus ianuam claudere, ne se intromisceant fures. Nam multa pepla, paternoster, cera et velamina sacramenti sunt subtracta de ecclesia, heu tantam malitiam nequeo extirpare nisi adiuvaret secularis potestas.

---

[1]) So! [2]) s. o. S. 83 Anm. [3]) Also Wetterschießen! [4]) Nach Psalm 28, 3.

21. Item omnis edituus debet facere distantiam bonam inter confessores et confitentes per bonum spatium et hoc debet precipere eis plebanus vel cooperatores sub banno, quia in tali casu debet omnis homo esse secretus et non omnibus congnoscibilis prius quam confessori, qui ipsum scribit nomine, ut sciat qui confiteantur et qui sint rebelles, etiam sciat componere hostias ad conservandum non superfluas,[1]) quod si nolunt obedire plebano vel edituo aut cooperatoribus, debent sacerdotes surgere et causam referre ad prefectum civitatis et consulum.

III.
Ordinatio tumuliste.[2])

1. Notandum de blictore[3]) id est totengraber. Liquet quod idem plebano faciat iuramentum, primo quod nulli adultorum parrochianorum sepulturam faciat sine licentia plebani aut cooperatorum eius, quia nemo utitur potestate super terra domini benedicta, quam pastor verus, et ideo ut sciatur quis ille homo fuerit et qualis, scilicet communicatus aut qua morte interiit.

2. Item ut non sepeliat corpora ad beneplacitum amicorum vel ubi ipsemet velit, sed habeatur aspectus ad congrua loca iuxta arbitrium plebani et consiliariorum civitatis, quia cymiterium licet exiguum sit ubique est consecratum etc.

3. Item iurabit quod maiora et crurida ossa ad carnarium deportet que magna sunt, sed et humida et parva reiciat in sepulchro cum corpore mortui nec alicui viro vel mulieri tradet aliquod os mortui, quia cum eis fiunt multa prestigia, etiam non communicet se Iudeis neque in opere vel commessatione, quia Iudei multas penas faciunt et corisiones ossibus Christianorum.

4. Item debet relicta ossa post sepulturam fideliter tollere ubicunque etiam illa in cimiterio inveniat, ne desuper calcetur et fedantur, licet hic vix potui obtinere, ut tollantur, et ibi est periculum magnum, quod natura docet, quia si ibi reperitur os recens vel humidum mulieris puerpere vel que fuerat menstruata, quecunque virgo adulta aut iuvencula mulier desuper steterit ymo per modicam horam, raro vel

---

[1]) So!

[2]) Überschriften von späterer Hand: officium et iuramentum vespillonis. Des todtengrabers handlung.

[3]) Sonst plictor. Du Cange.

nunquam concipiet, et si menstruo mulieris arboris planta tangitur, marcessit et perit.

5. Item debet habere parvam scalam, qua mediante descendit et ascendit ad sepulchra, et ipsa eadem scala debet habere mensuram profunditatis tumuli. Si vero scala non adesset, debet esse profunditatis usque ad ascellas id est uchsen vel humeros suos et non debet esse minoris profunditatis.

6. Item debet fideliter ligones et vangas et arietes scilicet pickel [1]) observare pro suo et ecclesie usu et nulli commodare sine scientia editui et sine licentia plebani vel magistri civium, exceptis lapicidis laborantibus circa ecclesiam vel dotem.

7. Item cymiterium debet certis temporibus equare id est gleichen sepulchra et colles ipsius, scilicet post tricesimum defunctorum, et tollere lapillos propter processiones et transitum. Et si viderit in eo fieri colloquia scandala vel exercere truffas sive a laycis sive scolaribus, debet illos increpare et, si non cessaverint, debet plebano, rectori scolarum dicere vel magistris civium, quia locus debet esse liber, quod canon dicit de emunitate ecclesiarum et cimiteriorum. Item lictor [2]) gaudet libertate ecclesie et debet ab ea tueri, si non est persona infamis.

Blarer oder Blaurer?

Von Friedrich Keidel.

Wie ist der Name des berühmten schwäbischen Reformators zu schreiben und auszusprechen? Über diese Frage ist in letzter Zeit unter den Gelehrten ein lebhafter Streit entstanden. Während Traugott Schieß, der Herausgeber des wertvollen Briefwechsels der Brüder Ambrosius und Thomas Blaurer 1509—1548 (Freiburg 1909 und 1910, 2 Bände) die einst von Pressel vertretene Form Blaurer wiederhergestellt und damit vielfach Zustimmung gefunden hat, wird diese von Bossert*), Hermelink u. a. nach Keims Vorgang verworfen und die Schreib- und Sprechweise Blarer als die allein richtige auf den Schild erhoben. Die Frage könnte unwichtig erscheinen, und doch muß sie entschieden

---

[1]) Es sind drei Werkzeuge zum Graben, und da ligo als Hacke gedeutet wird, das dritte der schwere Pickel ist, wird vanga, das die Lexika nicht verdeutschen, wohl die Schaufel sein.

[2]) Lies blictor.

[3]) In Theol. Literaturzeitung 1909, Nr. 12, Sp. 364, u. 1910, Nr. 14, Sp. 434 ff.

Kleinere Mitteilungen

Eine württembergische Hebammenordnung von ca. 1480

Ein weiterer Beitrag
zu GEORG BURCKHARDS „Hebammenordnungen“

Von WALTHER PFEILSTICKER

Der Zufall ließ mich an einer verborgenen Stelle nicht medizingeschichtlichen Schrifttums eine sehr frühe Hebammenordnung entdecken, die meines Wissens den Fachgenossen noch unbekannt und auch BURCKHARD entgangen zu sein scheint.

Die folgende Abschrift ist gemacht nach der Veröffentlichung von W. CRECELIUS in „Alemannia“, Zeitschrift für Sprache, Literatur und Volkskunde des Elsasses und Oberrheins; herausgegeben von ANTON BIRLINGER; 4. Band; Bonn 1877; S. 14—16.

Die Quelle ist das Crailsheimer Pfarrbuch, das um 1480 von dem Pleban JOHANN SATLER angelegt wurde und dessen nähere Beschreibung durch CRECELIUS sich findet in der „Zeitschrift des Historischen Vereins für das württembergische Franken“; Band X, 1875, S. 37—47. Demnach war die Handschrift im Besitze des 1873 verstorbenen Professors KONRAD DIETRICH HASSLER in Ulm, Konservator der vaterländischen Kunst- und Altertumsdenkmale; zur Zeit der Bearbeitung durch CRECELIUS in Elberfeld jedoch schon nicht mehr vollständig.

Es ist mir nicht gelungen, den derzeitigen Verbleib der Handschrift festzustellen.

Obstetricum ordinacio

De obstetricibus placeret, quod omni angaria[1]) vel saltim bis in anno facerent juramentum fidelitatis circa inpregnatas sc. illas avisando ut essent temperate in cibo potu labore incessu et abstinerent se ab ira et huiusmodi presertim cum essent vicine partui.

Item quod tempore partus non recedant a muliere laborante sed caute provideat de ipsam alliquando confortando et animosam reddendo, cum bonis bona verba dando, cum rudibus acriora prout necessitas exposcit, et cauta sit mulieres allevando sc. ut habeat copiam adiuvancium et camissiam in tangendo ipsam et adjuvando etc.

---

[1]) Angaria (Frondienst); = Fronfasten; die 4 s. g. (?) Quatember (quatuor tempora).

Item provideat se, ne pira sint in domo parturientis vel circa eam ullo loco, ut dicit Galienus, nec introeat ventus horribilis ad locum puerpere neque assit pluralitas mulierum nec clamores nec multa lumina nec clangores, et si mulier sit delicata et fortis anteferatur eius nasui combustum coreum vel combustum cornu, quia deprimit talis odor ad pariendum, et si esset tam vicina partui et fetus in via, insuffletur ei parum de elleboro albo . i . nyesburcz, quod si non habetur statim recipiatur de pulvere strigili equi quod idem facit. Item radix pollipody[1]) ligetur ad coxam super genu et pariet.

Item sit sollicita ad lavandum puerum et non nimis calide, qui si post liniretur anxie amea[2]) vel aneto nunquam pacietur maximum frigus, si lavetur vino semper integer manet.

Item ipsa obstetrix cum digito suo anulari[3]) vel cum uno grosso bohemiali vel consimili [debet] solvere lingwam pueri et mundare os et gingivas et lingwam et tres guttas sibi immittere vini optimi, ex hoc sanum obtinebit caput, et mundatus sic offeratur ad baptizandum, et si tali modo non solvatur lingwa ipsius post triginta dies solvetur sibi cum scara . i . flieden[4]) et statim tradatur matri ad sugendum. Item si sugere nollet, ungatur papula . i . caput mammille cum lacte amigadalarum vel cum medone aut melle . quod si mulier careret lacte, conteratur feniculum aut coquatur in bono vino vel aqua et bibat et habebit augmentum lactis, et si papule sint nimis parve, ligentur cum ligamine ab ante ad tempus et sic fiant habiles ad os pueri.

Item ante proximitatem partus faciat obstetrix puerperam sedere in cupa cum aqua tepida et non fervida decoccionis bletorum[5]) malvarum arthomesie[6]) camomille violarum que sunt mollificative. Si vero non appeteret balneari, tunc ungatur oleo olive vel violate[7]) circa ylia ex opposito wlve (= vulvae) et idem os wlve ungatur et circa pectinem et faciat cum fortibus viris aut mulieribus ascendere et descendere gradum, tantum precavere a vento et fumo et a frigore et a nimio calore.

Item interdum ex malis accidencys impregnatarum tempore partus debililitantur, quod nequeunt se juvare sc. anhelitum ad interiora et inferiora impellendo, et plures moriuntur et sencientes se morituras petunt puerum evelli per scissuram

---

[1]) polypodium; wahrsch. vulgatum.

[2]) Wohl = ammi, ammium. Verschied. Pflanzen dieses Namens offizinell. Beachte das folgende „anetum" (wohl = Anethum graveolens = Dill).

[3]) Der kleine Finger.

[4]) (= vliedeme, aus phlebotomus; Messer zum Aderlaß, Laßeisen).

[5]) = blitorum, von blitum — Melde.

[6]) = Artemisia.

[7]) wohl = violeta, das für viola vorkommt.

et in tali casu sollers obstetrix debet prescidere latus, dextrum autem non (Sect. caes. princip. links!), cum cor viris sit in sinistro et mulieribus in dextro[1]), et incipiat a parte inferiori circa pectinem supra scindendo ultra bonam palmam et cum sua manu inuncta oleo subtiliter ammoveat intestina et infirmam faciat iacere supinam . i . capud aliqualiter deorssum, donec matricem attingat, tunc inclinatur ad latus apertum, ut bene sciunt, et faciant puero solucionem secundinarum etc. Mulieri vero, si nondum mortua et si habet signa vite, ponatur subtiliter in dorsso et fiant tres vel quatuor ligature wlneris cum acu et filo sericeo aut subtili et desuper longum emplastrum de ovis tribus et stuppa canabj et si haberi potest pulvis boli armenici addatur et ligetur emplastrum super wlnus et detur ei modicus potus vini optimj et si supervixerit et racionata fuerit, detur ei in potu de radice consolide maioris i . swarczburcz, et in vino coquatur polium montanum et detur ei et deo favente sanabitur.

Item si mater premoritur, infans ponatur in Bombace i. pawmwol aut lana succida[2]) et custodiatur ne tangat lana os eius et detur de lacte alterius lactantis vel capre guttandum et cottidie tres guttule vini odoriferi et inponatur sibi digitus auricularis et sic fit . consuetus ad sugendum, fiat pulmenculum primo de amilo[3]), et digito annotato assuescat pulmentum summere et sic potest puer salvari et ipsa mater misericordiam dei aquirere cum benediccione, et talis puer cognomine dicitur prescisus.

Item omnis obstetrix debet secum habere de speciebus odoriferis sc. galange muscate gariofila cinamomum et alia aromatica sicut muscum olibanum mastix campforam lau-

---

[1]) Diese Begründung ist nicht die übliche; GUY DE CHAULIAC im 14. Jahrh. schlägt den Schnitt links vor „propter hepar": ROUSSET 1581 links oder rechts; GUILLEMEAU 1609 ebenso; VÖLTER 1679 rechts oder Mitte; Mitte 18. Jahrh. LEVRET links, DELEURY rechts. In der deutschen Übersetzung v. ROUSSETS Kaiserschnittbuch, durch MELCHIOR SEBISCH 1583 heißt es Seite 157b: „Als dann soltu diese oder die andere seite / welche du wilt für dich nemen: dann es gilt dis falls eine wie die ander / „oder bei der lateinischen Übertragung durch CASPAR BAUHINUS v. 1591, S. 167: „Tum vnum aut alterum quod voles latus eliges, hoc enim in idem recidit, vt ex supra citatis historiis colligere licuit. Attamen si Hepatis aut Splenis aliqua durities adsit, consultius videtur fore, si oppositum latus incidatur, idque variis de causis etc. . ." ROUSSET selbst in seiner eigenen lateinischen Übertragung v. 1590 sagt hierüber Seite 443: „Tunc attramento resiccari permittendo notabitur loci secandi regio, et eius tanta longitudo, quantam secare in alterutro latere oportebit. Id enim in vtroque factum foeliciter fuisse superiores historiae docuerunt."

[2]) frisch geschorene Wolle.

[3]) Amylum oder amulum, Kraftmehl.

danum et similia, quibus mediantibus confortet debilem et si non est delicata faciat fumum de corio vel cornu vel stercore equi. Item lauri bacca trita in vino prodest. Item gagathes alba pulverizata data facit parere.

Empfehlungsschreiben für den Arzt Dr. Peter Wild vom 10. Juni 1520

Von Oswald Feis

Ludwig von gots gnaden Pfalzgrave by Rein, Hertzog in Beirn, des heiligen romischen Reichs erztruchsas, Curfurst und vicari.

Unsern gunstigen grus zuvor Ersamen und Wisen liebenn besondern, der ersame, unser lieber getruwer doctor petter Wild hat uns zu erkennen geben, wie Ir eins artzt notturfftig oder ein stand der ertzny by uch ledig unnd uns undertheniglich umb unser furschrifft un uch gebetten. Demnach so ist an uch unser ginstigs bitten, wo ir eins artzt notturfftig, ir wollen abgenannten doctor petter vor einem andern umb unsertwillen damit begaben und annemen. Versehen wie er uch zu gefallen dienen soll, welchs wir auch mit gunstigen willen in gnaden erkennen wollen. datun Heidelberg off Sonntag nach corporis cristi. anno C ee.

Experimentelle Übertragung der Pest im Jahre 1722

Von Alfred Martin

In den sog. Breslauer Sammlungen (Sammlung von Natur- und Medizin- wie auch anderen hierzu gehörigen Kunst- und Literaturgeschichten ... von einigen Academ. Naturae Curios. in Breßlau .. 1722. Leipzig und Budißin, 1723) heißt es, daß von Zürich am 5. Mai folgende Nachricht einlief:

„M. Deidier von Montpellier hat von dem Blute der Pestiferirten Injectiones in Hunden gemacht, welche hiervon ebenfalls gangraenirte Viscera bekommen, nebst Bubonibus und Carbunculis, und innerhalb 24 Stunden drauf gegangen. Diß berichtet mich ein Freund mit letzter Post aus Paris.“

Wahrscheinlich war der Züricher Arzt Johann Jakob Scheuchzer der Einsender, der ständig über Wetter und Krankheiten aus Zürich berichtete.

Einen geradezu singulären Rang nimmt die ‚Crailsheimer Schulordnung' jedoch für die Überlieferung des deutschen geistlichen Liedes im Spätmittelalter ein: sie begnügt sich nämlich nicht wie gewöhnlich mit der Nennung von Liedincipits, sondern gibt fast in allen Fällen vollständige (allerdings melodielose) Fassungen, die unseren zuweilen etwas schmalen Textbestand an deutschen geistlichen Liedern des Spätmittelalters durch Varianten und auch durch sonst nicht überlieferte Texte in erfreulicher Weise erweitern. Vor allem aber lassen Johannes Satlers Instruktionen in seltener Deutlichkeit erkennen, zu welcher Gelegenheit und in welcher Form die *Schola cantorum* diese Lieder gesungen hat und auf welche Weise die Gemeinde daran beteiligt war. Es scheint mir daher gerechtfertigt, den betreffenden Teil der ‚Crailsheimer Schulordnung' (Bl. 62^{v}–64^{v}) anhand der Hs. abschließend nochmals (mit kurzen Überlieferungs- und Literaturhinweisen) abzudrucken[23].

Bl. 62^{v} *Item in processionibus quadragesimalibus precedit antiphona cantabilis*
Crec *scilicet ‚Exaudi nos, domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum*
248 *magnitudinem miseracionum tuarum respice nos, domine'. V. ‚Salvum me fac,*
deus, quoniam intraverunt aque usque ad animam meam'[24]*; sine ‚Gloria patri',*
Crec *sed resumitur antiphona tota. Hanc sequatur / letania, quam canunt sub mediocri*
249 *voce; eciam posset sub clara voce cani, cum reliquis hic consuetis, scilicet*
antiphona ‚Media vita in morte' etc. Et quamvis clerici plures credunt se esse liberi, ut non vadant in ea, non est verum, sed graviter ymo mortaliter peccant contra statuta ecclesie, quia summi pontifices statuerunt: Gregorius, Johannes, Urbanus et omnes sequentes eos. Et laici presentes, qui possunt sequi pre senio, debilitate, gravite corporis aut membrorum distrasia vel doloris capite, vertigine et huiusmodi, sive pusilli aut femelle omnes, qui sunt in statu communionis, peccant mortaliter, quia negligunt se de indulgencia magna et copiosa. Item bonum esse, quod rector scolarium scolaribus exponeret antiphonas processionales omnes. Eciam si rector velit apud matronas, virgines et puellas similiter ancillas collaudari ymo eciam premium a deo haberi, posset in processionibus extravagantibus, scilicet in Letania maiori, que dicitur fieri in festo Marci [25.4.]*, et in diebus rogationum*[25]*, que fiunt ad diversa loca et ecclesias, postquam cessaverit a cantu latinico et gregoriano, cantare in vulgari antiphona ‚Media vita' etc.:*

Mittel unsers leben czeit
sey wir mit tod umbfangen.
Wir pitten, der uns hillffe geit[26],
von dem wir trost erlangen:
pist du, herr, allayne.
Du umb unser missetat
rechtlich erczürnen tuost.
Heiliger herre got,

[23] Neben der Foliierung gebe ich auch die Seitenangaben des Abdrucks von W. Crecelius (Sigel Crec und Sn.-Zahl) bei, um die Identifizierung einzelner Textstellen in der älteren Lit. zu erleichtern.

[24] Psalm 68, 17 u. 2; vgl. auch C. Marbach, *Carmina scripturarum scilicet antiphonas et responsoria ex sacro scripturae fonte in libros liturgicos sanctae ecclesiae romanae derivata.* Straßburg 1907 (Nachdruck Hildesheim 1963) S. 153f.

[25] Die drei Bittage (Montag bis Mittwoch) vor dem Fest Christi Himmelfahrt.

[26] Links am Rand Zusatz von späterer Hand, nicht sicher zu lesen (..*ichg . . .ang*?).

heiliger starker got,
heiliger parmhercziger hailant, herre got,
behuot uns vor des pittern todes not.
Amen.[27]

Item hec antiphona cantatur in diocesi Salczburgensi[28] *et bene potest aquiri tonus* Bl. 63r *etc. Et alie bone consimiles dentur cantari et cum discrecione perfici etc. / pro puellarum devotarum atque disertorum adolescentulum informacione. Qui certas processionum laudes apud deum et homines una cum indulgencijs promeri cupiunt, possunt celaymata canere letaniaca videlicet*[29]*:*

1. Sancta Maria ste uns bei[30],
so wir sullen sterben.
Mach uns aller sunden frei
und lass uns nicht verderben.
Responsio.

2. vor dem teufel uns bewar,
rayne magt Maria,
hilff uns an der engel schar,
so sing wir alleluia.
Responsio.

3. Alleluia singen wir
got dem herren zu lone,
das er uns in seyner ewickait
mit dem himel krone.
Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia. /

Crec 250
4. All propheten die steen uns pei[31],
so wir sullen etc.
Machen uns aller sunden frei,
lassen uns nicht verderben.

5. Vor dem teufel uns bewar,
raine magt Maria.
Hilff uns an der engel schar,
etc. ut supra.[32]

[27] Vgl. J. Janota, *Studien* (Anm. 2) S. 232f. (Literatur). Eine weitere dt.-lat. Überlieferung in der Michaelbeuerner Hs. *Man. cart. 1*, Bl. 82v (15./16. Jhd.); vgl. F. V. Spechtler: *Eine neue Handschrift zum Mönch von Salzburg aus Michaelbeuern (Salzburg).* In: Litterae ignotae, hrsg. von Ulrich Müller (Litterae 50) Göppingen 1977, S. 39–44, hierzu S. 40.

[28] Diese Angabe stimmt auffallend zur Überlieferungsgeschichte des Liedes: die älteste Aufzeichnung (1456) findet sich in einer Hs. der Stiftsbibl. St. Peter in Salzburg; vgl. dazu zuletzt W. Lipphardt, *Studien zur Musikpflege in den mittelalterlichen Augustiner-Chorherrenstiften des deutschen Sprachgebietes.* In: Jb. des Stiftes Klosterneuburg NF 7, 1971, S. 7–120 u. 230, hierzu S. 99f. – Der Verweis auf Salzburg wie auf Oberbayern (s. u. S. 43, Anm. 33) könnte für J. Satlers Herkunft ein wichtiges Indiz sein; vgl. S. 40, Anm. 18.

[29] Rechts am Rand Anm. von späterer Hand *Schulers gsang.*

[30] Rechts am Rand Anm. von späterer Hand *Maria.*

[31] Rechts am Rand Anm. von späterer Hand *propheten.*

[32] Vgl. J. Janota, *Studien* (Anm. 2) S. 231f. (Literatur). Das Lied ist eine spätma. Fassung des erst aus reform. Zeit belegten Prozessionsliedes *Gott der Vater, wohn uns bei*; vgl. J. Janota, *Got der*

Sic quotquot voluerint venerari sanctos in specie et in genere possunt invocari et est modus in Bavaria superiori[33].

Aliud gravioris tonus et longioris

1. Sandt Michel im hymel thron[34],
ave Maria,
der wil uns vil hillffe tün,
rayne mait.
Bewar uns vor herczen laid,
rayne mait Maria,
und mach uns den engeln geleich,
ave Maria,
in dem fronen hymelreich,
rayne mait.
Behut uns vor allem laid,
edle mait Maria.

2. Sand Johans im himel thron[35],
ave Maria,
der wil uns genade tün,
rayne mait.
Bewar uns vor allem laid,
edle magt Maria,
das peutt ym die gottes stymm,
ave Maria,
in seynem lob ker wir von hynn,
rayne mait
ut prius etc.

3. All zwelfpoten im hymel thron[36],
ave Maria,
die wellen uns genaden tun,
rayne mait etc.
das peutt in die gottes stymm,
ave Maria,
in irem lob ker wir von hynn,
rayne mait.
Behut uns vor allem laid,
rayne mait Maria etc.[37]

vater won uns bei. In: Verfasserlexikon (Anm. 5) Bd. 3² (im Druck). Für das Spät-MA ist das Lied in der vorliegenden Fassung bislang nur aus der ‚Crailshaimer Schulordnung' bekannt. – Die Strn.-Zählung wurde beigefügt, um das Zitieren zu erleichtern.

[33] Der Hinweis auf Oberbayern könnte für die Herkunft J. Satlers von Belang sein; vgl. S. 40, Anm. 18 und S. 42, Anm. 28. In diesem Zusammenhang verdient auch Beachtung, daß eine Petrus-Str. des Lieds *Gott der Vater wohn uns bei* (vgl. Anm. 32) in der Wessobrunner Hs. *Cgm 444* der StB München (Bl. 13$^{r/v}$, um 1422) überliefert ist.

[34] Rechts am Rand Anm. von späterer Hand *S. Michl.*

[35] Rechts am Rand Anm. von späterer Hand *S. Johan.*

[36] Rechts am Rand Anm. von späterer Hand *12 boten.*

[37] Das Lied ist bislang nur in der ‚Crailsheimer Schulordnung' nachgewiesen. – Dem Abdruck wurde die Strn.-Zählung beigefügt.

Hec et consimiles cantulenas bonum eciam esset prius studere scolares et canere, et si duo scolares precinerent, donec puellule addiscerent, esset laudabylis et meritorius modus. /

Crec *Item circa alia festa, resurreccionis*[38]*, ascenssionis et corporis Christi, habentur*
251 *plures canciones convenientes cum sequencijs, videlicet in sequencia ,Victime pascali laudes' – ,Crist ist erstanden'*[39]*, circa quoslibet duos versus et sic regulariter fit. Vel aliud:*

Surrexit Christus hodie,
alleluia, alleluia,
humano pro solamine,
alleluia.

Vulgus:

1. Erstanden ist der heilig Crist,
alleluia,
der aller welt ein troster ist,
alleluia.
Mortem qui passus pridie,
alleluia,
miserrimo pro homine,
alleluia.

2. Er hat erliten grosse not,
fur uns alle den pittern tod,
alleluia.
Mulieres ad tumulum,
alleluia,
deplorantes dominum,
alleluia.

3. Die frauen wainten bei dem grab,
alleluia,
und suchten Ihesum mit salben da,
alleluia.
O mulieres tremule,
alleluia,
in Gallileam pergite.

4. Ir lieben betrubten frauen,
mügt Ihesum hie nicht schauen,
alleluia.
Discipulis autem dicite,
alleluia,
quod surrexit rex glorie,
alleluia.

[38] Rechts am Rand Anm. von späterer Hand *Festa, Resurectionis.*

[39] Vgl. W. Lipphardt, *Christ ist erstanden.* In: Verfasserlexikon (Anm. 5) Bd. 1, ²1978, Sp. 1197–1201 (Literatur). S. auch W. Lipphardt, *„Christ ist erstanden". Zur Geschichte des Liedes.* In JbLH 5. Bd. 1960, S. 96–114 (mit Faks.-Wiedergabe aus der ältesten Quelle).

5. Saget seinen jungeren,
alleluia,
und Petro besunder,
alleluia,
das er sei erstanden,
alleluia,
gen Gallilea gegangen,
alleluia.
In hoc pascali gaudio,
alleluia,
benedicamus domino,
alleluia.

6. In diser osterlichen frist,
alleluia,
so loben wir hern Ihesum Christ.
Nun well wir loben Ihesum Christ,
alleluia,
dann er unser erloser ist,
alleluia.[40]

Tunc chorus resummit:

Christus surrexit,
mala nostra texit
et quos hic allexit,
hos ad celos vexit,
alleluia.

Item circa sequenciam de ascensione[41] *‚Summi triumphum' etc. canitur vulgaris prosa:*

Crist fuer gen himel,
was sendt er uns herwider?
Das tet er, den heiligen geist
zuo trost der heilgen cristenhait,
kirieleyson.[42]

Tunc sequitur festum Sancti Spiritus[43]*, ubi in officio misse vel cum placet canitur brevior sequencia, scilicet ‚Veni Sancte Spiritus' etc., super quo precinitur populo vel populus canit:*

Kum heiliger geist, herre got,
erfull uns deyner gnaden gepot,
der deynen geleubigen herczen und syn,
deyn eynprünstige lieb enczund in in,

[40] Zur breiten Überlieferung dieses Osterliedes vgl. Bäumker I, S. 511–533 (passim) und Wackernagel II, 953–962. Eine weitere Quelle bei F. V. Spechtler, *Neue Handschrift* (Anm. 27) S. 41. – Die Strn.-Zählung wurde dem Abdruck beigefügt.

[41] Rechts am Rand Anm. von späterer Hand *Ascensionis.*

[42] Vgl. J. Janota, *Studien* (Anm. 2) S. 203 f. (Literatur).

[43] Rechts am Rand Anm. von späterer Hand *Festum S. S. scilicet pentecoste.*

durch des deynen liechtes glast
in aynikait gesamelt hast
das volk aus aller welte czungen,
sey dir er und lob gesungen,
alleluia, alleluia.[44]

Crec *Tunc sequitur laudabile festum corporis Christi*[45], *in quo canitur / sequencia,*
252 *scilicet illa ‚Lauda Syon salvatorem' etc., super qua sequitur ille cantus vulgarys sive popullaris:*

Got sey gelobet und gebenedeyet,
der uns selber hat gespeyset
mit seynem fleisch, mit seynem pluot,
das gib uns, lieber herr, zuo guot,
kirieleyson, kirieleyson.[46] /

Bl. 63v *Quis vero rectorum vellet urbanus vocari et cum hoc indulgencias consequi, scilicet tres annos indulgenciarum de quodlibet verssu et tricentos dies et unum integrum annum a Bonifacio et Nycolao apostolicis mortalium peccatorum et octingentos dies venialium, superqua laudabili prosa pro populo vulgare carmen eius tenoris adiungit canendum semper versum leniter incipiendo et alterum alte sicut ibi ‚Ave, vas clemencie' etc.:*

V.[47] Ave, vivens hostia,
veritas et vita,
per quam sacrificia
cuncta sunt finita,
per te patri gloria
datur infinita,
per te stat ecclesia
iugiter munita.

1. O got vater, ewigs lieht,
ich rueff dich an mit treuen:
mein hercz, mein syn und alles mein gemüet
soltu in mir verneuen.
Ich pitt dich, werder herre got,
ursprung aller güete:
stee mir pey in aller not,
trost mein kranks gemüete.

[44] Vgl. J. Janota, *Studien* (Anm. 2) S. 207f. (Literatur). Eine weitere Quelle bei F. V. Spechtler, *Neue Handschrift* (Anm. 27) S. 40 (Bl. 82r).
[45] Am rechten Rand Anm. von späterer Hand *Corporis Christi.*
[46] Vgl. J. Janota, *Studien* (Anm. 2) S. 211f. (Literatur) und W. Lipphardt, *Zwei neu aufgefundene Nonnengebetbücher aus der Lüneburger Heide als Quelle niederdeutscher Kirchenlieder des Mittelalters.* In JbLH 14. Bd. 1969, S. 123–129, hierzu S. 125f. u. 129; s. auch JbLH 9. Bd. 1964, S. 116–121.
[47] Die Unterteilung des lat.-dt. Liedes in Strn.-Gruppen hat J. Satler am Rand durch die Zeichen *V.* und *R.* verdeutlicht; die 2.–4. und 8. Strn.-Gruppe ist zudem numeriert. Um das Zitieren zu erleichtern, ist dem dt. Text eine Strn.-Zählung beigegeben.

R. Ave, vas clemencie,
scrinium dulcoris,
in quo sunt delicie
celici sapporis,
veritas substancie
tota salvatoris,
sacramentum gracie,
pabulum amoris.

2. Vertreib von mir durch deyn gewalt
des valschen veynds raete,
das ich sünden nicht verallt
und cleglich von dir trete.
In deyner kraft mein kranckhayt sterk,
das ich von dir nicht weiche,
der pose geist mein schuld nit merk,
noch irr an deynem reiche. /

Crec 253

V. Ave, manna celicum,
verius legali,
datum in viaticum
misero mortali,
medicamen misticum
morbo spiritali,
vere dans katholicam
vitam in mortali.

3. O reicher prunn der saelickait,
du schepfer aller dinge,
hilf zü der ewigen sicherhait,
das uns dört gelinge.
Durch deynen sun verlass uns nicht,
hilff uns zuo allen stunden,
enczund in uns dein göttlich lieht,
so werden wir bey dir funden.

R. alt. Ave, corpus domini,
munus et finale,
corpus iunctum numini
nobile locale,
quod reliquit homini
in memoriale,
cum finali termino
mundo dixit vale.

4. O Ihesu, warer gottes sun,
aus got on zeit geporen,
du hast mit uns dein genad getan,
sunst wer wir alle verloren.
O unsers herczen höchster hort,
du weishait gots auf erden,

du pist des vaters ewigs wort,
der junckfrauen sun, der werden.

3 V. Ave, plenum gaudium,
vita beatorum,
pauperum solacium,
honor miserorum,
grande privilegium
es tu viatorum,
quorum sacrificium
est merces celorum.

5. Dein treu und lieb hast uns erczaigt
in allen unseren nöten,
du hast dich selbs zuo uns genaygt
und liesst dich für uns töten: /
Crec 254 erfull deynen willen, herr, yn mir
und laitt mich zuo dem pessten;
das ich nicht süntlich weich von dir,
tue mich in dich vervessten.

R. Ave, virtus forcium,
obvians ruine,
turris et presidium
plebis peregrine,
tu insultus hostium
frangere non sine,
ne vis malignancium
preeat divine.

6. Deyn not, deyn leiden, den pitteren tod,
die du hast erliten,
die tail mit mir, mein herr, mein got,
fuog mich zuo guoten syten,
gib mir an dem end, herr Ihesu Crist,
deinen leichnam hie enpfahen,
vergib mein sünd zu der selben frist,
das ich dir werde nahend.

4[V.] Hic Ihesus veraciter
duplex est natura,
nec est parcialiter,
nec solum figura,
sed essencialiter
caro Christi pura,
latet integraliter
parva sub clausura.

7. O warer trost, heiliger geist,
mein kraft in dir verneue,
verleich, das ich allhye vollaist
dir selige werk und treue;

Bl. 64ʳ

dein lieb erczaig mir, wirdigs / guot,
das ich dein gnad müg vinden,
erleucht mein hercz, sterck meynen muot,
schreyb mich czuo deynen kynden.

R. Celo visibiliter
caro Christi sita,
forma panis aliter
latet hic vestita,
solus novit qualiter,
hanc qui ponit ita,
potest hoc faciliter
virtus infinita. /

Crec 255

8. Trost und freud vind ich yn dir,
yn deynem pitteren leyden:
gib mir zu tugent gancz begir,
das ich die sünd tüe meyden.
Du werder trost yn aller not,
du gab des hochsten herren,
du gottes lieb, du warer got,
deyn pot soltu uns leren.

V. Sumptum non consummitur
corpus salvatoris,
idem totum summitur
omnibus in horis,
forma panis frangitur
dente commestoris,
virtus eius summitur
morsibus amoris.

9. O höchster maister, weyser rat,
o aller künst eyn lerer:
an güten werken pin ich mat,
hilff, alles hayls eyn merer,
das ich mich zu dir beker,
aller welt ein tröster,
und dich schau in hymels her,
mein got, mein herr, mein löser.

R. Christus nichil patitur
huius lesionis,
forma panis solvitur
vi digestionis;
tunc si Christus queritur
est in celi thronis,
sic vult et hinc tollitur
datis vite donis.

10. Zeuch mich zu warer sicherhait,
laytt mich nach deynem willen,

es sey durch lieb, es sey durch layd,
meyn wild synn soltu stillen.
O Maria, rayne mait,
du praut des höchsten herren:
dich preyset got in ewickait
yn kayserlichen eren.

8 V. Hoc ardoris calculo
veni nos ignire,
hoc amoris stimulo
frange motus ire, /
Crec et eodem ferculo,
256 quo vis nos nutrire,
velis cordis vinculo
fortiter vincire.

11. Du hast geporen des höchsten kind
mit raynem keuschen leybe:
hilf das ich gottes hulde vind
und stet dar inn beleibe.
O hellfferin in aller not,
du trost betrübter herczen:
hilf mir zuo dir nach meynem tod,
frey mich vor helle schmerczen.

R. Moris est amancium
invicem sitire,
ut archana cordium
possint introire:
sic vult rex regnancium
caritatis mire
cibando fidelium
intima subire.

12. Ich mensch gots gnad verloren het,
die hast du wider funden,
mein leben gar in sünden stet,
hillff mir zuo allen stunden.
Du kayserinn, des hymels thron,
du küngin aller eren:
hilff mir erlangen ewigen lon,
pring mich zu got, meynem heren.

V. O Ihesu dulcissime,
cibus salutaris,
qui sic nobis intime
tribuere dignaris,
mala nostra deprime
fletibus amaris,
et affectus imprime
quibus delectaris.

13. Erczaig mir, frau, an meynem end
dein muoterliche treue,
raich mir dein barmherczig hend,
das ich verschaid mit reue
und das ich deynen lieben sun
im hymel müg anschauen,
daselb du im nachvolgen pist
mit allen raynen junckfrauen. /

Crec 257

R. Ihesu, vivens hostia,
placa maiestatem,
sacramenti gracia
confer sanitatem,
compari substancia
da eternitatem,
domini memoria
fove caritatem.

14. All gottes heilgen im hymelreich,
got hat euch schon enpfangen,
ir seit erhoht gar wunnicleich,
alles laid habt ir fürgangen:
secht uns an im jamertal,
darinn wir seyn verlassen,
bewart uns vor der helle val,
laitt uns aufs himel strassen.

V. Vanitatem spernere
fac nos, consolator,
hostes dona vincere,
Christe propugnator,
et quod doces credere,
Ihesu reparator,
per te tandem cernere
da, remunerator.

15. Ir purger clar der werden stat,
ir ritter gotz auf erden,
ir seit dort in dem höchsten rat:
möcht ich mitpurger werden.
Ir engel gotz, ir werden geist:
seit guot zuo got mein poten,
ir patriarchen aller maist,
propheten und czwelfboten.

Tunc resumitur:

V. O Ihesu dulcissime.[48] /

Bl. 64v 16. Ir maertrer stark, ir peichtiger,
ir bischof rain des heren,
ir junckfrauen keusch mit stetikait:
mein selikait tuot meren.
Ir gottes heilgen all gemayn:
verlasst uns nicht im leben,
das uns mit euch das ewig lieht
in freuden werd gegeben.
Amen.

R. Ihesu, vivens hostia[49]

potest resummi, sed sufficit et sic.[50]

[48] Gemeint ist die 13. lat. Str. des Lieds.

[49] Gemeint ist die 14. lat. Str. – Zum Lied insgesamt vgl. J. Janota, *Studien* (Anm. 2), S. 212f. (Literatur).

[50] Als nächstes folgen Instruktionen für die *Matutinae tenebrarum* („Pumpermetten“).